









BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

MSS. CODICES

HEBRAICI

BIBLIOTH. I. B. DE-ROSSI

LING. ORIENT. PROF.

ACCURATE AB EODEM DESCRIPTI
ET ILLUSTRATI.

ACCEDIT

APPENDIX

QUA CONTINENTUR


MSS. CODICES RELIQUI
AL. LINGUARUM.

VOL. III.

PARMAE

EX PUBLICO TYPOGRAPHEO

1803.



MSS. CODICES

HEBRAICI

BIBLIOTH. I. B. DE-ROSSI

ACCURATE DESCRIPTI

ET

ILLUSTRATI.

Cod. 859

Onkelosi *Targum*, seu *chaldaica Paraphrasis Pentateuchi*, memb. germ. in fol. vel 4.° maj. an. 1264.

Integrum ac pretiosum exemplar indubiae aerae et antiquitatis, haec exhibens ad calcem scriptoris verba: » Ecce ego David fil. R. Josephi descripsi hoc targum pro R. Salomone fil. R. Mosis an. 24 min. supp. ».

Cod. 860

Machazòr *Ròsc ascanà* et *Jom chippurìm*, seu *novi anni* et *diei expiationis* cum rythmicis *cantionibus*, memb. hisp. 4.° an. 1320.

Inter plura anonyma cantica ac preces, partim singulares, legitur Jeh. Levitae carmen, quod incipit Elohài mahassàv, ej. Pizmòn, Pizmon aliud Aben Ezrae, quod incipit Meròm, Jotzèr Salomonis filii Isaaci Gerundensis, Selichà Mosis Maimonidis, cujus initium Eth saharè ratzòn, breve carmen Zerachiae Levitae, Bakascà Jeh. Levitae. Quis sit Salomon ille Gerundensis, ignoratur, nec eum profert Wolfius, nisi ejus nomine Jarchium designare intenderit scriba, qui ad codicis calcem hanc apposuit epigraphem: » Ego Menachèm fil. Josephi Raphàpha vel Rappa scripsi hunc ordinem initii anni, et Machazòr diei expiationis...

et absolvi mense chislev an. 5081 ». Huic notae subjicitur recentiori manu ac charactere Selichà quaedam Josephi fil. Abbà.

Cod. 861

R. David Kimchì *Liber michlòl* seu *perfectionis* vel *hebr. linguae Institutiones* absolutissimae.

2.° R. David Bilia fil. R. Jom Tov *Derech*, seu *Modus faciendorum carminum*.

3.° Anonymi *Opusculum grammaticum de litteris quae permutantur*, et *accentibus*, memb. et bomb. rabb. in 4.° min., vel 8.° maj. sec. XIV.

De celeberrima Kimchii grammatica, Michlòl dicta, fuse Wolfius T. I p. 305, III p. 192, IV p. 807. Suspecta tamen sunt quae ex Bartoloccio habet de CPol. ejus editione an. 1513, ut et de CPol. altera an. 1530 partis secundae, seu libri radicum. Neutra meo quidem judicio extat. Nam non modo mea utriusque editionis exemplaria, sed et quotquot vidi, habent si sunt prioris editionis, solas radices, si posterioris, solas institutiones. Quod et de utriusque exemplari a se viso Wolfius ipse non diffitetur c. l. III vol. De Biliae opusculo דרך לעשות חרוזים profunde is silet. Innuit tamen ejus auctorem vol. III p. 188, sed sub nomine *Bila*, aliudque illius opus Jesodòth, ut in Oppenheimeriana extans, sed argumenti ignoti, quod in edito *Catalogo* nunc prodi monuimus ad cod. 323, qui ineditum aliud nostri opusculum sistit. In hoc nostro brevi libello occurrunt sub finem nonnulli versus Isaaci ben Polkar qui si idem est cum eo, quem memorat Wolfius T. I p. 687, ut non dubito, male ejus nomen ibidem per ghimel exprimitur *Polgar*. Sed carmina haec et expositio quaedam carminis Aben Ezrae quae praecedit, videntur priori opusculo adjecta, quod dicitur ante absolutum opera Samuelis fil. R. Eliae. Kimchiani Michlòl bina alia exempla sistunt nostri cod. 930, et 1083.

Cod. 862

Meghillàd Ester, seu *Volumen Esth.* memb. hisp. lin. 15 sec. XV.

Cod. 863

Agadà *paschatis* cum Ps. occ., memb. ital. 12. sec. XV.

Cum init. aureis et ornatibus varii coloris.

Cod. 864

Psalterium cum *Commentario* R. David Kimchì, memb. 12. sec. XIV.

Kimchii praefation. praecedit ejus carmen, quod in nulla variarum editionum,

quae ad manus sunt, etiam antiquissimarum, comparet. Textus charactere exaratus est quadrato germanico, commentarius qui eum circumdat, rabbinico. Initiales majores, psalmos numerat 149, antichristiana Kimchii loca a prima manu integra, sed a secunda abrasa vel atramento deleta. Deletum et calligraphi nomen, qui quidam Salomon fuisse videtur. Unicus Psal. CXIX 70.

Cod. 865

Psalterium, memb. rabbin. 12. sec. XV.

Tituli psalmorum litteris majoribus rubris expressi, extant ad calcem quaedam sacra cantica, fereque unicus est codex Psal. LIX 11, perrarus autem Ps. XVII 14, LXXI 13 et CXXXV 15.

Cod. 866

Pentateuchi *Parasciòth* seu *Sectiones festivae*, memb. germ. 16. sec. XV.

Cod. 867

Psalterium, memb. rabb. sine punctis 16. sec. XIV.

Legitur sub initium: » Hoc Psalterium acquisivi ego pro me ipso Abraham Finzi. Deus dignum me faciat vacare in eo ec. ». Unus e paucissimis codicibus, qui Psal. XXXVI 2 servent optimam lectionem veterum interpretum.

Cod. 868

Aphtaròth seu *propheticae Lectiones*, et *V Meghilloth* cum *Psal.* 89 et 136, memb. rabb. 4.° min. init. sec. XV.

Incipit a sect. לך לך primaeque lectiones recenti manu sine punctis sunt suppletae. Ad calc.: » Absolutus opera Jehoseph fil. Sabtai, descripsique illum hic in urbe Camerino in gratiam praeceptoris mei R. Eliae fil. R. Menachem ».

Cod. 869

R. Mosis Nachmanidis *Toràd adàm*, *Lex hominis*, memb. rabb. fol. an. 1285.

Operis egregii pluriesque editi luculentum, accuratum, antiquum exemplar. Habet ad marg. interdum notas et scholia, sub finem vero epigraphem minori ac flaviori charactere exaratam, qua dicitur absolutum mense sivan anno 45.

Cod. 870

R. David Kimchì *Commentarius in Prophetas priores* seu *Josue*, *Judices*, *libros Samuelis* et *Regum*, membr. rabbin. in 4.° maj. an. 1328.

Ad marg. occurrunt variae lectiones, notae et scholia, inter quae bina longiora desumpta ex libro Malmàd. Sub finem: » Ego Avigador fil. R. Menachem Coèn descripsi et

absolvi commentarium istum r. Dav. Kimchii priorum librorum, Josuae, Judicum, Samuelis, Regum. Finem autem ei imposui die xx mensis sivan an. 5088, ad usum intelligentis juvenis domini Menachem fil. praeceptoris mei cl. r. Elchanan fil. r. Mescullam Tov ».

Cod. 871

Onkelosi *Targum in Pentateuchum* cum sacro textu a *Num.* xxix 6 ad *Deut.* xiiI 3, memb. rabb. vel semirabb. 4.° sec. xiv.

Cod. 872

Pentateuchus cum v *Meghil.* seu *Cant.*, *Ruth*, *Threnis*, *Eccle.* et *Esther*, memb. semirabb. in 4.° init. sec. xv.

Sectionum tituli majoribus litteris quadratis germanicis exarati, masora nulla, kerì rarum. Ad calc. Pent.: » Confirmetur scriptor, et roboretur lector ». Parum diligenter scriptus, sed suis non destitutus variis lectionibus, quarum raram quamdam appendix nostra profert Gen. iI 20.

Cod. 873

Psalterium, Job, Proverbia, memb. rabb. 8.° vel 12. sub fin. sec. xiiI vel in. xiv.

Praecedit psalmorum elenchus, initiales majores, rarus Job xl 22.

Cod. 874

Psalterium, Proverbia, et Job, membr. rabbin. in 8.° seculi xiv.

Initiales majores. Qui numeros psalmis adjecit, psalmum cxix in plures divisit, numeratque psalmos 171. Postrema pagina extant notae an. 209, 210, 212, Chr. 1449, 1450, 1452. Unicus Job xxxiI 12, fere unicus Prov. iI 3, Job xix 3, perrarus Psal. xxviI 13, Job xxI 22, in *Scholiis* Prov. xxviiI 1.

Cod. 875

R. Jehudae Rophè fil. Bin. *Constitutiones mactationis* cum *scholiis*, memb. rabbin. in 8.° init. sec. xv.

Cod. 876

Aphtaròth seu *proph. Lectionum Fragm.* membr. germ. in 4.° maj. 2 col. sec. xiiI vel init. xiv.

Complectitur cap. iI Oseae ac xiiI Judicum.

Cod. 877

Libri I Paralip. *Fragm.* membr. germ. in fol. 3 col. seculi xiiI.

A vI 57 ad viiI 8, habetque adnexam utramque masoram.

Cod. 878

Pentateuchus cum *Targum* et binis *Commentariis*,

R. Salom. Jarchì et Aben Ezrae, membr. germ. 4.° min. vel 8.° maj. an. 1494.

Elegans ornatus auro minioque elaboratus titulum, seu Aben Ezrae praefationem circumdat. In eo aureis litteris descriptum conspicitur possessoris nomen » Mei est Menachem fil. domini Mescullam quem Deus servet, de Terracina », et infra gentilitium ejus stemma. Auro etiam et minio depicti sunt tituli omnium librorum et ante Deuteronomium quidem duplex extat pictura, in qua praeter ornatus ac flores Moses populum alloquens repraesentatur. Textus medium tenet locum, in interiori columna extat Targum, in exteriori commentarius Rascì, in ima pagina Aben Ezrae. Postremo folio haec legitur epigraphe: » Ego Simson Gallus filius domini patris mei Eliae Chelpàn, quem Deus tueatur, scripsi hunc Pentateuchum in gratiam domini Menachem de Terracina cum Targum et comm. R. Salomonis et Aben Ezrae circa illum an. 5254 a creat. mundi hodie feria II Parascà et filii Israel egredientes in manu excelsa ». Quamquam porro codex sit recentior, habet nihilominus tum in textu, tum in Targum egregias varias lectiones.

Cod. 879

Psalterium cum *Masora*, memb. germ. 4.° min. sec. XIII.

Adest masora utraque, et in binis prioribus paginis ad marg. etiam commentarius Rascì, quem amanuensis scribere inceperat. Textus alternis lineis est exaratus, frequentes in eo correctiones, maxime in plenis, multa etiam omissa ad marg. suppleta, multae variae lectiones, inter quas plures esse bonae et optimae notae, ut doctissimus Adler primus possessor olim conjecerat, instituta nunc codicis collatio demonstrat. Unicus est ac singularis Psal. LXXII 17, XCV 7, CVIII 8, fere unicus LXVI 5, CXXXIX 13, rarissimus Psal. I, X, 5, XLIII 3, XLIX 13, LXIX 4, LXXVIII 51, CII 8, CVI 4.

Cod. 880

Libri ac II Regum *Fragmentum* cum *Masora*, memb. germ. fol. 2 col. sec. XIII.

Minus tamen implexo charactere, ut rudis potius et antiquus hispanicus, vel intermedius videatur. A lib. I Reg. XII 29 ad XIII 18, a XVIII 7 ad 30, II Reg. II 9 ad III 7, a VII 17 ad VIII 18.

Cod. 881

Jeremiae *Fragm.*, memb ital. 4.° maj. 2 col. sec. XIII.

A cap. xxvII 16 ad xxix 10, et xxxvI 6 ad xxxvII 5.

Cod. 882

Machazòr seu *Preces paschatis* et *diei expiationis* cum *Threnis*, *Sect. Pent.* ac *Proph.*, et *Psalmis* occurr., *Pirkè avòth*, et Gavirolii *Azaròth*, memb. ital. fol. min. sec. xv.

Romani ritus, qui exhibet ex hymnis vel precibus auctorum nomina praeseferentibus Jeh. levitae carmen Adòn chasdechà, Selicòth Biniamini, Tescuvà Jeh. Chasid, Tefilà synagogae romanae an. 81, Pedichà R. Isaiae, Selichà Abr. senioris, Tachanun Jeh. levitae, aliud Sal. Gaviròl, Rescùd Josbi de Bethel. Sub finem mutilus.

Cod. 883

Aphtaròth seu *propheticae Sectiones totius anni*, memb. rabb. 12. sec. xv.

A Mose quodam scriptus, ut produnt puncta huic nomini, ubi occurrit, imposita.

Cod. 884

Nehemiae Liber, memb. rabb. 12. sec. xv.

Incipit cap. ix 9.

Cod. 885

Libri iI Samuelis *Fragm.* membr. germ. 8.° sec. xiiI.

Incipit cap. vI 2, desinit xx 3. Fragmenta columnarum superioris codicis 880 dissecta simulque compacta.

Cod. 886

Deuteronomii *Fragment.* cum *Masora*, memb. hisp. 4.° min. 2 col. sec. xiv.

A cap. xxiv 18 ad xxvI 5, et a xxviiI 15 ad 49.

Cod. 887

Ordo *precum totius anni* cum *Cantico Exodi* ac *Psal.* occ., memb. rabb. 16. sec. xv.

Ac canticum quidem Exodi bis occurrit praeter breviores alias Pent. sectiones. Litterae initiales interdum rubrae ac caeruleae.

Cod. 888

Meghillàd Estèr, seu *Volumen Estheris*, membr., mediocris formae, hisp. characteris minus elegantis multisque lituris deformati, lin. 26, sec. xvI.

Superiori margini imagunculae varii generis agglutinatae sunt.

Cod. 889

Meghillà seu *Volumen Esther*, memb., mediocris formae, char. ital., lin. 19, sec. xviI.

Ineleganti ac rudi pictura et ornatu insignitum.

Cod. 890

Estheris Volum. memb. minoris formae hisp. lin. 16 sec. xvI, forte exeuntis xv.

Cod. 891

Estheris Volum. memb. exiguae formae char. hisp. ad ital. vergentis lin. 13 sec. xvI.

Cod. 892

Pentateuchus cum *v Meghillòth* et *Aphtaròth*, memb. ital. fol. min. 2 col. an. 1484.

Ad calcem: » Absolutumque est artificium operis sancti, quod ego feci, v librorum Pentateuchi, v Voluminum et Aphtaròth, testorque ego super me caelos et terram, quod nullos in eo errores reliquerim, majori quam potui, attentione adhibita, curansque omni contentione correctissime illud describere juxta manum Dei bonam super me, et secundum exemplaria, quae praesto fuerunt mihi. Completum est autem omne opus, laus sit ei qui exaltandus est, scriptumque, et obsignatum hodie feria I initio mensis sivan an. 244 min. supp. per manum Josephi fil. Abbà Nathan fil. R. Samuelis Galli de Trani, quae sita est ad oram maris. Descripsi vero illud, perfeci et absolvi in gratiam R. Mardochaei Coèn fil. R. Abr. Coèn habitantis Neapoli ». Bis haec inscriptio occurrit iisdem verbis, nisi quod in secunda post *absolvi* addatur *praeter puncta et accentus*. Initiales majores, liber Esther inscribitur Assueri, rariores lectiones Eccle. II 24, in App. Gen. I 28, in *Scholiis* XLIX 6.

Cod. 893

Pentateuchus cum *Aphtaròth* et *V Meghillòth* et *Commentario* R. Salomonis Jarchì, membr. germ. 4.° maj. sub fin. sec. XIV.

Incipit Gen. II 20. Librorum exordia aureis litteris majusculis, et ornatibus varii coloris, in quibus etiam hominum extant imagines, condecorantur, et in multarum, quas suppeditat, discrepantiarum numero optimae et insignes occurrunt, et rarae. Ad calcem antiqua manu ac forte codici coaeva legitur possessòris nomen Jehudae fil. David, seriori alia Abrahami Coèn. Perrararam codicis lectionem sistunt *Schòlia* Isai. XLIII 2.

Cod. 894

Machazòr ital. cum *Cant. Exodi*, *Psal.* occurr., *Targum Aphtaròth*, *Pirkè avòth*, *Azaròth* Gavirol et Eliae, memb. rabb. 4.° maj. sec. XV.

Venditus a R. Noe fil. Sal. Hierosolymitano Jechieli fil. Sam. die XV adar an. 238, Ch. 1478, ut legitur ad calcem. Extat etiam ante purim Jeh. levitae Carmen, item Piut et Gheulà Aben Ezrae, Rescùd Joab de synag., Techinà et Vidui Saadiae.

Cod. 895

R. Salomonis Norzii fil. Abrahami inedita *Praefatio ad Minchàd scai*, seu *Comm. criticum in sacra Biblia*, chart. hisp. 4. recent. aetatis.

Magnum est apud sacros criticos Norzii nomen ob doctissimum masorethicum ejus comm. in sacra Biblia cum textu ipso Mantuae impressum sub titulo Minchàd scai. Praefatio haec, qua fuse institutum suum exponit, ac fontes, quibus adhaeret, gravissimi sane ponderis, hucusque remansit inedita. Ejus exemplar, diu, sed frustra, a cel. Kennicotto desideratum ac quaesitum, quum eruditus Mantuanae synag. praefectus Jacobus Saraval ex autographo ipso accurate describendum curasset, tamquam insigne ac rarissimum cimelium dono misit ad comitem de Firmian, fautorem suum eximium, ex cujus bibliotheca post ejus fata ad nostram pertransiit. Nos ejus summam ac praecipua capita ex autographo ipso excerpta olim dedimus in *Proleg. variis sacri textus lectionibus* praefixis p. I §. xxxviii, insignemque locum ex hoc eodem exemplari, quod jam nactus fueram, produximus in *Diss. praelim.* ad vol. iv p. xl. Praecedit titulus valde diffusus, quem novae sacri textus editioni critico suo opere stipatae Norzius destinaverat, in quo comm. suum appellat *Godèr pèretz*, *Reparator ruinae* ex Isai. lviii 12, non nomine Minchàd scai, qua editores ipsi multo post appellaverunt, qui non videntur auctoris praefationem vidisse. Sequitur minor praefatio ex Ephodaeo desumpta, dein major ac fusior ipsius auctoris, quam excipit חתימת החיבור, seu obsignatio operis, ad cujus calcem hanc Norzius aeram adnotaverat: » Absolutumque est totum opus, opus sanctum, quod fecit Salomon in domo Domini, quia sic vocatur liber hic sanctus, מקדש יי׳ *Sanctuarium Domini*, ut scripsi in praef. prima, mense nissan anno *et foedus* שלומי *pacis meae non dimovebitur, dicit qui tui miseretur, Dominus* », idest anno 386 min. supputationis, nostro 1626.

Cod. 896

R. Abrahami aben Ezrae *Comm. in Pentateuchum*. Accedit ad calcem ej. *Poema*, memb. rabb. 4.° sec. xiv.

Veterum possessorum notae extant sub init., inter quas una r. Abr. fil. Jechiel an. 157, Ch. 1397, altera Abr. fil. Joabi Eljasiv an. 198, Ch. 1438. Prior auctoris textus nobis oppositus ad Gen. xviii atramento deletus, ac

prima ejus verba חוטי רוח omissa, sed alter cap. xxvII 40 intactus, quod in mss. rarissimum, legitur, unico caute praetermisso a scriba voc. תלוי *crucifixi*, quod christianorum oculos magis offendebat.

Cod. 897

R. David Kimchì *Commentarius in Psalmos*, memb. rabb. in 4.° min. sub fin. sec. xiv vel init. xv.

Quum in fere omnibus codicibus Kimchiani comm. in Psalmos antichristiana loca passa sint emendatricem manum, rarissimi procul dubio ac pretiosi habendi sunt ii qui ea exhibent intacta et inemendata. In exiguo horum numero noster hic est ponendus, qui primaevam servat integritatem nullaque sublatae vel immutatae auctoris lectionis vestigia.

Cod. 898

Liber precum cum *Pirkè avòth*, et *Psal.* occ., memb. germ. mutil. in 4.° sec. xiv.

Cod. 899

Psalterium et v Meghillòth, memb. rabb. 12. sec. xiv vel init. xv.

Praecedit elenchus psalmomorum, qui numerantur 149. Sub fin. » Benedictus qui scribit et benedictus qui legit, amen amen sela ». Rarior lectio in *Scholiis* Ps. cl 2.

Cod. 900

Pentateuchus cum v *Meghillòth*, seu *Cantico canticorum*, *Ruth*, *Threnis*, *Eccle.*, *Esther*, memb. ital. in 12. maj. an. 1482.

Character inelegans et ad germ. vergens. Incipit Gen. iI 4, initiales majores habet, hancque epigraphem: » Absolutumque est hoc opus Pentateuchi per manus exigui discipulorum et minimi scribarum Abr. fil. doctoris legis r. Matathiae de Treves feria vI die xxix mensis tebeth an. 242, scripsique illum in gratiam domini Raphael, qui diu vivat, habitantis in urbe Recineti ». Unicus in *Scholiis* Gen. iiI 17, rarus Deut. xxI 15.

Cod. 901

Levitici ac Numerorum *Frag.* cum *Targum* alternis versibus, memb. germ. fol. max. 3 col. sec. xiiI.

A Levit. xxvII 33 ad Num. I 28, et a Num. v 8 ad 30. Varias quasdam lectiones cum Samar. et antiquis versionibus consentientes habes tum in descriptione init. vol. iiI, et in appendice vol. iv.

Cod. 902

Ruth *Fragm.* memb. germ. fol. 3 col. sec. xiiI.

Incipit cap. iI 21 et desinit iv 11.

Cod. 903

Machazòr pars II seu *Preces initii anni* et *diei expiationis* cum *Ecclesiaste*, *Jona*, *Sectionibus variis bibl.* ac *Psal.* occurr., memb. 4.° maj. sec. XIV.

Deletae sunt binae nobis oppositae precum formulae, quae incipiunt תגינם quas in Machazorim impressis prorsus omissas et in plerisque etiam mss., ex cod. Norimbergensi profert Wulferus in *Animadv. ad Theriacam judaicam* p. 351 et 353. Celebrior alia ac communior Alènu intacta. Habet bina priora folia recenti manu suppleta, atque in fine deficit.

Cod. 904

Levitici Frag. cum *Targum* versibus alternis, memb. germ. fol. 3 col. sec. XIII.

A Lev. I ad II 7, et a VIII 25 ad IX 17. Tegebat vetustum librum, pertinebatque ad cod. multis insignibus variationibus scatentem, ut patet ex specimine, quod exhibemus in ejus descriptione T. III *Var. Lect.* praefixa. Rariores habes Lev. I 7 et VIII 33.

Cod. 905

Jotzeròth seu *Hymni diei expiationis* et *laetitiae legis* cum *Sect. bibl.* ac *Psalmis* occ., memb. germ. fol. sec. XV.

Cod. 906

R. Salomonis Gavirol *Cheder malcùd*, *Corona regni*, memb. rabb. 8.° sec. XIV.

Cod. 907

Siddur seu *Ordo precum* cum *Psal.* occ., memb. germ. mutil. 8.° sec. XIV vel in. XV.

Cod. 908

Ordo precum *totius anni* cum *Sect. nonnullis Pent.* et *Psal.* occurr., memb. ital. 12. sub fin. sec. XIV vel init. XV.

Cod. 909

Ordo precum cum *Pirkè avòth* ac *Psal.* occurr., memb. rabb. mutil. 12. sec. XIV.

Cod. 910

Psalterium, memb. ital. 32. sec. XV.

Incipit Psal. XXII, et desinit CXL 14. Rubris litteris expressi sunt tituli, fereque unicus est Psal. LXVII 8, unicus vero in *Schol.* CXXXII 12.

Cod. 911

Psalmorum *Fragm.* memb. rabb. 12. sec. XV.

A Psal. CXXXIX 3 ad CXL 4 et a CXLIV ad CXLV 6.

Cod. 912

Oseae *Fragm.* cum *Targum* versibus alternis, *Comm.* Jarchi ac *Masora*, membr. germ. 4.° sec. XIII.

Complectitur cap. v 5, 6, 9 pertinetque ad codicem, qui erat in folio. Vetusti olim libri tegumentum.

Cod. 913

Meghillàd Estèr, seu *Volumen Esther*, memb. hisp. lin. 21. an. 1540.

Praecedit epigraphe: » Scriptum est anno m. supp. 300 ».

Cod. 914

Meghilla' seu *Volumen Esther*, membr. hisp. lin. 16. sec. xvI, vel init. xvII.

Cod. 915

Estheris Volum. memb. hisp. lin. 22. sec. xvI.

Cod. 916

R. Josephi Gecatiliae *Liber orà*, seu *lucis*, memb. chart. rabb. 4.° sec. xv.

Pervulgatum hoc theologiae cabbalisticae compendium inscribi solet Saharè orà, seu *Portae lucis*, sicque inscribunt bibliographi omnes, inter quos Wolfius, ac plerique codices, inter quos meus 110. At vero illud a nonnullis appellari quoque ס' אורה *librum lucis* monet Azulai in P. II *Scem aghedolim* fol. 4.° verso, nosterque hic codex amplissime confirmat, aliusque infra relatus sub n.° 1228. Ex quibus intelligitur librum ej. tituli cabbalisticum, quem possidebat et pro inedito habebat Plantavitius, a Wolfio inter anonymos relatum T. II p. 1257, esse procul dubio Gecatiliae Saharè orà, quod suspicari Wolfius non poterat, cui nova haec appellatio erat ignota. Atque ut extant etiam in Medicea bini codices sic inscripti, quorum alterutrum saltem cum Plantavitiano eundem esse Wolfius conjicit, patet jam ex initio, quod notat Biscionius ad eorum primum *Biblioth. heb. Flor.* p. 283, cum quo alter, teste eodem Biscionio, concordat, utrumque nostrum hunc Gecatiliae librum sistere. Mosem quemdam esse codicis scriptorem innuunt puncta, quibus, ubi occurrit, nomen illud notatur.

Cod. 917

Ordo precum cum *Cantico Exodi* ac *Psal.* occurr., memb. rabb. 12. sec. xv.

Cod. 918

1.° Anon. *Darchè chaìim, Viae vitae, Poema morale.*

2.° R. Mosis Kimchì *Darchè lescòn akkòdesc, Semitae linguae sanctae.*

3.° R. Jechiel Rophè fil. Jekuthiel *Mahalòth amidòth, Praestantiae virtutum.*

4.° *Index praeceptorum* ex Mose Kotzensi.

5.° Anonymi *Nimukìn*, seu *Observationes in constitutio-*

nes rituales, memb. rabb. in 8.° maj. sub fin. sec. XIV.

Morali illi poemati anonymo et ignoto praemittuntur annotata et excerpta varia diversi argumenti. Mosis Kimchii grammaticam, novum non est in mss. codicibus eam praeseferre inscriptionem, ut vidimus ad cod. 66. Jechielis liber, quamvis integerrimus, praefatione caret a scriba, ut videtur, non descripta, eo quod in apographo suo deesset. Ejus tamen esse constat ex collatione codicum 151 et 807. Adest ad calcem idem poema, sed sine titulo. Postremum opus dimidium fere codicem occupat, et in plures constitutiones rituales anonymae illae observationes excurrunt, in quibus praecedentium rabbinorum opera ac testimonia afferuntur fere perpetua. In ipso limine observo produci scripta cujusdam R. Meir de Ferraria nobis ignoti.

COD. 919

SIDDUR seu *Ordo precum* totius anni cum *Excerptis bibl.*, *Psal.* occurr., et *Chèder malcùd* Gavirol, memb. 12. sub fin. sec. XIV vel init. XV.

Extant enim ad calcem notae venditi libri an. 5179 et 193, Chr. 1419 et 1433. Quae in interiori textu habentur, litteris expressa sunt quadratis italicis, quae in marg., rabbinicis. Inter preces occurrit Jarchii Canticum de unitate, Oratio Nachmanidis, aliae Jeh. levitae, Eliae prophetae, R. Jochanan, Vidui seu Confessio Gersonidis, alia Nathanaelis, Ordo R. Eliae, et Benedictio Nehemiae fil. Jacob, rabbini Wolfio ignoti.

COD. 920

ORDO PRECUM *pro die expiationis* cum *Psal.* occurr., membr. rabb. 12. sec. XIV, vel init. XV.

COD. 921

ORDO PRECUM cum *Cantico Exodi* ac *Psal.* occurr., memb. rabb. 12. sec. XV.

Habet et Carmen R. Bechai Chasid, seu senioris, Tochechòth Chaiim aben Ezrae, Vidui Biniam. fil. Zerach, Tochechà Sal. Katòn.

COD. 922

ORDO PRECUM cum *Psal.* occur., memb. rabb. 16. sec. XV.

COD. 923

BIBLIA cum *Masora*, memb. hisp. fol. 3 col. sec. XIV.

Incipit Gen. XXXIX 23 et desinit II Paral. XXXV 7. Desunt nonnulla in Exodo, Ezech., Amos, Zach., Malachia, Psalmis, Jobo, et integri libri Oseae, Joelis, Prov., Cant. et Ruth. Ad marg. sub florum et ornatuum multiformis generis figura masora

exhibetur. In nostra *Var. Lect.* collatione codicis usus incipit a libro Threnorum, sed tum in descriptione codicis, tum in appendice selectas et insigniores quasdam codicis discrepantias sistimus. Rariores habes Neh. IX 4, I Par. VIII 37, Gen. XLIX 25. Unicus in *Scholiis* Ezech. XIII 11, ac fere unicus XVI 30.

COD. 924

PENTATEUCHUS cum *Targum* versibus alternis, *V Meghillòth, Job,* Jarchii *Comm. in Pentat., et V Meghillòth,* et inedita Amanis *Epistola,* memb. fol. sec. XIII.

Incipit Gen. VI 9 a sect. Noe. Tribus plerumque columnis constat, majoribus, aureis vel argenteis litteris, variique coloris ornatu tituli distinguuntur, sacri textus et Targum character quadratus germanicus, commentarii rabbinicus. Adest et masora parva, illudque singulare in hoc codice, quod post Estheris librum occurrit inedita et ignota Amanis epistola, » Epistola quam misit Aman impius in omnes provincias regis Assueri, cujus anima spiret in gehenna, sicut scriptum est *Vocatique sunt scribae regis* Esth. III 12. Initium » Scripsi ego Aman magnas regis, eique secundus, finis » Expliciunt verba epistolae Aman ». Sequitur Job lineis alternis, ordo lectionum dierum festorum, preces ante aphtaras dicendae et ordo sectionum Pent.. Raras interdum variationes ab edito textu codex continet, ut Jobi XV 24.

COD. 925

GENESIS *Fragmentum* memb. rabb. 4.° sec. XIV.

Sine punctis a capite I ad vers. 23.

COD. 926

R. DAVID KIMCHÌ *Liber scarascìm,* seu *radicum,* membr. rabb. in fol. an. 1394.

Primum folium deest, margo exhibet sacros libros, unde petuntur exempla, interdum scholia et additamenta. Ad calc.: » Ego Elias fil. R. Isaaci scripsi et absolvi has Radices R. Davidis Kimchii hispani, cujus requies sit in paradiso, ad usum R. Isaiae fil. Ruben mense scebat an. 154 min. supp. ».

COD. 927

AVICENNAE *Canon medicinae* hebraice versus cum aliis *opusculis,* membr. et chart. rabb. fol. sec. XIV.

Quae hoc codice continentur, rabbinico charactere hispanico vel orientali exarato, implexo lectuque paullulum difficili, indicat nota antiqui possessoris Israelis Nathan fil. Samuelis, quae

primo folio occurrit. Videlicet liber I, IV, et V canonis Avicennae, ejusdem III, expositio ordinis compositionis, expositio IV capitum lib. I P. IV ej. Avicennae, synonima latina, et liber de venae sectione Ambrosii. Expositiones illae incerti auctoris sunt, ut et crebra scholia marginalia. Hebr. Avicennae canon Neapoli editus est an. 1492. Conferantur *Annales nostri hebr. typ.* ad illum annum. Sed nostra haec versio a Neap. plane discrepat, adeoque inedita. Quis ejus auctor sit, nullibi proditur. Non sine tamen fundamento conjici potest eum esse Nathan Hamathaeum, cujus translationem exhibet cod. Bodlejanus Laudanus 176, de quo Wolfius T. I p. 9, et IV p. 749. Idem enim est utriusque codicis titulus ספר הקאנון ביאור ספר העקר הכולל. Israel ille Nathan, ad quem codex pertinebat, quique praeter illam notam expositiones quorumdam vocabulorum propria manu prima pagina adjecit, est in annalibus heb. typ., illustre nomen, seu cel. Soncinatum pater, ejusque consilio ac mandato erecta est a Josua ejus filio celebris illa Soncinensis typographia quae XV seculo tot egregios edidit hebraeorum libros, diuque habita est pro omnium prima. V. epigraphem tractatus Beracòth anni 1484.

COD. 928

R. AARON LEVITAE *Liber Chinùch* cum Akibae libello *De litteris coronulis ornandis*, memb. rabb. fol. in. sec. XIV.

Primo codicis folio majoribus litteris germ. sistitur operis titulus, infra antiqui possessoris nota an. 87, Chr. 1327, supra altera an. 173, Chr. 1413. Ad calcem: » Ego minimus Avigador Coèn scriba descripsi et absolvi librum hunc dictum Chinùch ad usum R. Avigador fil. R. Menachèm fel. m. Scripsi autem illum in urbe Firmii ». Sequuntur masorethica varia, Akibae Medràs odiòth, seu expositio litterarum, et de earum coronis, primi masorae custodes ac propagatores, numerus versuum sing. librorum V. T., index XXXII versuum, qui eodem modo incipiunt ac desinunt, versus alii XXV qui integrum continent alphabetum, tandem anonyma quaedam poemata in Dei laudem.

COD. 929

R. MARDOCHAEI fil. Hillel liber *Mordechì*, vel *Mordechai*, seu *Comp. talmudicum*. Accedit ad calcem *Seder tescuvòth*, *Ordo responsionum*, memb. rabb. in fol. anni 1391.

Infinitas habet praeterea codex marg. notas, varias lectiones, scholia edita et inedita variae manus et aetatis, quae Mardochaei textum illustrant et emendant. Ad calcem: » Absolvi ordinem Nassìm, seu de mulieribus feria v sect. Veelle amispatìm *Et haec sunt judicia*, an. 151 min. supp. ». Sequitur ordo responsionum, quae congruunt ordini Nassìm, quae videntur ad librum ipsum pertinere et ejusdem esse auctoris. De priori illo opere Wolf. sub num. 1473 et *Dict.* nostrum T. II p. 37.

COD. 930

R. DAVID KIMCHÌ *Michlòl* seu *Institutiones hebraicae*, memb. rabb. 4.° an. 1342.

Ad calcem: » Absoluta est pars grammatica, domino auxiliante in tabulis insculpto, quae est pars I libri (Michlòl) die XXIV mensis scebat an. 5102 ab O. C. per manus Elchanàn fil. Mosis fil. Elchanàn fel. m. Descripsi autem illam ad usum cl. meorum praeceptorum R. Jechiel et R. Daniel filiorum Abr. f. m. ». Dicitur P. I operis, quia sub titulo Michlòl comprehendit auctor etiam scarascìm, seu *radices*.

COD. 931

TOSEPHÒTH NASSÌM seu *Additamenta ad ordinem talm. de mulieribus*, memb. rabb. in 4.° sub fin. sec. XIII vel initium XIV.

Cum perpetuis scholiis marg. variae manus et aetatis. Legitur sub initium vetusti possessoris nomen R. Mescullam fil. Mordachai, sub finem vero codex deficit.

COD. 932

CONSTITUTIONES RITUALES ex variis auctoribus collectae, membr. et chart. rabb. 4.° in. sec. XV.

Numero triginta novem, et ex Alphesio potissimum, Maimonide, Mose Kotzensi, Isaaco de Korbeil, R. Tam, R. Baruch collectae, interspersis Jarchii aliorumque sententiis ac marg. correctionibus. Instrumentum dotale, quod pro exemplo affertur, in constitutionibus de sponsa, annum exhibet 5167 ab orbe condito, Ch. 1407, qui et annus videtur descripti codicis.

COD. 933

R. ISAACI DE KORBEIL *Samàk*, seu *Liber parvus praeceptorum*, membr. rabb. in 4.° sec. XIII.

COD. 934

R. ISAIAE FIL. ELIAE Tranensis *Piskè*, seu *Decisiones ordinis talmudici nassìm*, vel *de mulieribus*, memb. rabb. 4.° maj. sec. XIV.

Et quidem, ut videtur, ineuntis. Postrema pagina quaedam flaviori charactere notae nativitatum filiorum occurrunt sec. XV.

Cod. 935

1.° Averrois *Commentarius in* Aristotelis *librum de generatione et corruptione* a R. Kalonymo fil. Kalonymi heb. translatus.

2. Ej. *Comm. in* Aristotelis *librum meteorologicorum* ex heb. vers. Kalonymi.

3.° Ej. *Comm. in* Aristotelis *librum de anima* heb. versus a R. Mose fil. Sam. Tibbonidis, chart. rabb. in 4.° anni 1331.

Ad calcem prioris libri: » Finita est versio expositionis ben Rascàd, sive Averrois libri Aristotelis de generatione et corruptione. Verti autem eum ego Kalonymus fil R. Kalonymi fil. Meir, opitulante Deo benedicto ». Eadem leguntur in codice Jablonskiano apud Wolfium T. III p. 14, nisi quod in eo addatur *anno 30 aetatis meae*. Quod R. Meir a Wolfio subditur *Asisi* cognomen, vel vocabulum, merum est Wolfii erratum, natum ex prava lectione siglae ע"ס י' ש', quae legi debet et interpretari עם סיוע י' שמו יתברך *Auxilio Dei, cujus nomen benedicatur*. Idem interpretis nomen extat sub finem seq. comm. meteorologicorum, cui librarius haec addidit: » Scriba autem absolvit illum feria V die XXI mensis quarti anno 91 sexti millenarii in arce Tarasconis ». Tertius comm. hac explicit epigraphe: » Hic absolvitur tractatus iste, simulque cum eo liber, laus Deo benedicto... Transtuli autem illum ego Moses fil. R. Sam. fil. R. Jehudae fil. Saul fel. m. ex Granata hispaniar., finitaque est translatio an. 5001 ab O. C., 33 omer... Scriba vero eum absolvit die XVII mensis av an. 91 sexti millenarii. Laus Deo soli ». Incidit ergo annus translationis in an. aerae nostrae 1241, descriptionis 1331. Sed aera alterius nostri codicis 1210 quoad translationem dissentit, addens annos viginti, quos verisimilius est a scriba nostro fuisse omissos. Floruit enim Moses Tibbonides an. 5020, Chr. 1270, quo et heb. Euclidis versionem, teste *Scalsceled* fol. 54, absolvit. Verius ergo finita est translatio anno ab orbe condito 5021, Chr. 1261.

Cod. 936

Onkelosi *Targum Pent.*, memb. in 4.° 2 col. an. 1407.

Charactere quadrato italico ineleganti cum punctis, et sub initium mutilus. Ad

calcem: » Vivat Dominus ac benedicatur rupes mea, quae pervenire fecit me ad annos LXII, quum hoc Targum ad mei usum conscriberem, quod absolvi hic Bononiae mense marchesvan an. 168 sexti millenarii... Baruch fil. R. Nathanael Levitae f. m. ».

COD. 937

R. SAMUEL ALMOSNINO *Commentarius in Rascì super Pent.*, chart. rabbin. in 4.° anni 1498.

Cujus sit hic comm. in titulo plane anonymus, indicat ms. nota vetusti possessoris, quae fol. I occurrit. » Hic est comm. R. Sam. Almosnino in Turcia editus cum tribus aliis comm. super Rascì, videlicet R. Jacobi Kanizal, R. Mosis Albelda, R. Aaron abu Alrabi sive Aldari vel Aldahi ». Ad calcem: » Fuit autem finis ejus, opitulante Deo, per manum mei, minimi Josephi Galiko nocte secundae feriae die XXIII tebeth anno 258 ». Primo fol. hebr. quaedam conspiciuntur epigrammata, inter quae unum corporis ad animam et animae ad corpus R. Sam. Lateph, et ejusdem manu conscriptum, ejus scilicet auctoris qui ordinem precum, et precationem quamdam in Machazòr romano occurrentem edidit, Neapoli vero an. 1490 Kimchii Radices. Alterum operis exemplar exhibet cod. 355.

COD. 938

R. CHAIIM OBADIAE *Beer màim chaiim, Puteus aquarum viventium*, chart. rabb. in 4.° init. sec. XVI.

Non continet codex nisi priores duas libri partes, haeque solae lucem viderunt in ed. Thessal. 1546, quae est ad manus. Est ritualis, et de eo Wolfius n.° 618.

COD. 939

1.° R. SAMUELIS MOTOT *Meghillàd sedarìm, Volumen occultorum*, seu *Comm. in Aben Ezram in Pentateuchum*.

2.° R. JOSEPHI ZARKAE, NACHMANIDIS, et anonymi *Carmina varia*.

3.° ABEN EZRAE *Chiddà*, seu *Aenigma de litteris quiescentibus cum ejus explicatione*.

4.° Ejusdem *Carmen morale de hominis aetate*.

5.° R. MOSIS NACHMANIDIS *Epistola ad rabbinos gallos apologetica* pro Maimonide, memb. chart. rabb. 4.° sec. XV.

Ignota sunt ea Zarkae carmina, ut et alterum chald. Nachmanidis, quod illis adnectitur. Aben Ezrae chiddà extat etiam in cod. 835, sed qui in nostro subjicitur commentarius, anonymi auctoris et procul dubio ineditus, discrepat a comm. Peripothi

Duran, quem primus ille codex complectitur. Nachmanidis epistola ad rabbinos gallos diversa non est ab ea epistola desiderii, quam ut diversam ex Bartoloccio recenset Wolfius T. I p. 876, maleque esse asserit libellum cabbalisticum. Nam et eundem prorsus titulum אגרת המוסר habet in meo codice.

Cod. 940

Biblia cum *Masora* et *variis lectionibus* ben Ascer, et ben Naphtalì, memb. ital. 4.° 2 col. an. 1498.

Nitidissimus ac pulcherrimus, Kenn. 417, qui una cum duobus seq., ex bibl. comitis de Firmian ad meas manus devenit, in excuso ejus *Catal.* designatus sub n.° A 265. Longo ordine praemittuntur variae lectiones ben Ascer, et ben Naphtalì, et tituli proph. sectionum, omissae sunt initiales, ut auro minioque pingerentur, libri poetici in hemistichia divisi, ordo librorum germanicus. Ad calc.: Mense II an. 5259 ab O. C. die XXII mensis erectum est tabernaculum hoc sanctum per manum Mosis fil. R. Chaiim hispani. In cujus autem gratiam ego laboro? Annon in gratiam potentis ec. Samuelis fil. Maimon»? Fere unicus Job VIII 14, et Ezech. XXXV 14, ratus Isai. XXXIII 3.

Cod. 941

Biblia, membr. hisp. in 12. maj. 2 voll. sub fin. sec. XIII.

Est Kenn. 418, quem Kennicottus male refert ad init. sec. XII. Initiales fere omnes minores, majores sectiones ampliori spatio non distinguuntur, adest masora parva, sed brevior ac rarior, librorum poeticorum divisio partim metrica. Singularis librorum ordo, nam V Meghillòth post Esdram et Nehemiam collocantur. Nonnullas habet lacunas a Kenn. observatas, ut Exod. II ad Lev. VII 29, Psal. LXXII et LXXIII, Esdrae VII 4, desinitque V. 11 postremi capitis libri II Paral. Quamquam hispanicus, saepissime a masorethico textu dissidet, saepe etiam insignes et singulares lectiones tuetur. Unicus est Psal. LXVIII 28, CXVIII 27, Prov. III 15, XI 23, Dan. XI 6, Esd. II 8, IV 7, Neh. I 11, I Paral. I 40, XXIII 13, II Paral. XXXII 28, et XXXIII 7, fere unicus II Par. XVI 9, XXVII 5, rarissimus Esd. II 2, I Par. XXIV 6, unicus iterum in nostrae collationis appendice Isai. XIV 15, Ezech. VII 7, fere unicus Deut. XXXIII 6. In *Scholiis criticis* unicus est Deut. XXXIII 29, Jerem. VI 30, II Paral. XVI 14, fere unicus Num. XXI 17, Jer. XXXI 39, Amos IV

10, Psal. xvII 14, perrarus Gen. XLIX 6, Jer. XXIII 6, Dan. IV 32.

COD. 942

BIBLIA cum *Masora*, memb. rabb. in 4.° min. vel 8.° 2 col. ac 3 voll. sec. XIV.

Olim Firmianus A 278, 279, et Kenn. 419. Librorum tituli auro minioque exornati, eorum ordo in Agiographis talmudicus, nisi quod Proverbia Jobum praecedant. Deficit caput postr. libri II Paral., explicitque judaico calendario. Parum accurate notat *Catal. Firm.* deficere II Reg. a cap. XXV 23 ad finem. Unicus Num. XXI 15, in *Scholiis* Jerem. X 6, ac fere unicus Dan. XI 3, Ezech. XVI 31, rarus Amos IV 7.

COD. 943

MAIMONIDIS Mosis *Liber praeceptorum* ex heb. versione et cum praefatione Mosis fil. Sam. aben Tibbòn, chart. rabbin. in 8.° sec. XV.

In praef. tribuitur hujus libri versio ex arabico Samueli aben Tibbòn cel. interpreti, qui alia Maimonidis scripta vertit, ac praesertim Morè nevochìm. Sed hoc unius amanuensis oscitantiae tribuendum, qui praecedentia verba R. *Mosis fil.* omisit, seque ipsum sat ad calc. emendat, subjectis verbis: » Absolutus est liber praeceptorum quem R. Moses Tibbòn vertit ». Mosis autem esse, non Samuelis, praeter binos codices, quos Bartoloccius ac Rodriguez memorant, luculenter testatur editio CPol., quae est ad manus, aliaeque eam secutae, ut mirer Wolfium T. I p. 901 solam hic Bartolocii ac ms. Vat fidem et testimonium interponere.

COD. 944

ANONYMI *Chidduscìm* seu *Observationes novae* cabbalisticae ex *Zoar*, chart. rabb. 8. sub fin. sec. XV.

COD. 945

1.° R. ABR. FIL. JEH. ABEN CHAIIM *Liber de modo conficiendorum colorum ad miniandos libros* hispanice.

2.° ANONYMI *Liber ahibbùr* seu *intercalationis* cum nonnullis *excerptis*.

3.° ANON. *Ilcoth*, seu *Constitut. libri legis*, et *mesusà*.

4.° R. ABR. ABEN JARCHI *Constitutiones tefilìn* et *meghillà* ex ej. libro *Manhigh*.

5.° Ejusdem *Constitutiones de repudio*.

6.° Ej. *Constitutiones sehudà* seu *convivii* ex eodem libro *Manhigh*.

7.° R. MOSIS MAIMONIDIS Caput VI libri *Madàh*.

8.° Ej. *Constitutiones legis*, *tefilìn*, et *mesusà*.

9.° R. ABR. FIL. JEH. ABEN CHAIIM Liber masoreticus *De*

litteris coronulis ornatis in sacro Pentat. volumine, ac litteris pe convolutis.

10.° *Bakasroth* et *Pizmonìm*, seu *metricae preces*.

11.° R. David Kimchì *Excerptum* ex ejus *Michlol de nomine*, chart. rabb. 12. a. 1262.

Singularis, ineditus, ignotus est primus ille liber, qui et rationem continet auri praeparandi pro miniaturis, ut praefixus indicat titulus: » Hic incipit liber de modo conficiendorum colorum omnium ad pingendos auroque etiam miniandos libros. Constat is capitulis 45, involutaque quadam ac lectu difficili subscriptione explicit, quae nomen exhibet Abrahami fil. Jehudae aben Chaiim, qui nescio an libri tantum descriptor sit, vel etiam auctor. Quae sequuntur constitutiones anonymae videntur et ipsae desumptae ex celebri rituum compendio Manhìgh, ut notatae sub n.° 4.° et 6.° De nono opusculo ejusque auctore altum apud Wolfium silentium. Is sub initium libri testatur se litteras illas describere, prout eas in accuratissimo ac singulari Pent. vol repererat, ad calcem vero se » eas absolvisse in urbe לוניל die v mensis sivan an. 22 sexti millenarii a creatione mundi », Chr. 1262. Quam epigraphem non tam de libri compositione, quam descriptione intellexit recentior judaeus in nota ad marg. I folii.

Cod. 946

R. Abr. Kaslari *Alèh raanàn*, *Folium viride*, memb. semirabb. in 12. sec. xiv.

Ineditum opus medicum. Sub fin. I dissert. testatur Abraham se eam concinnasse ut amici votis satisfaceret, ac perfecisse feria III die xv mensis chislev an. 5086 a creat. mundi, Chr. 1325. Bina alia medica ejus opera ex Bartol., Sabtaeo ac Catalogo Leidensi innuit Wolfius T. I p. 67. Nostrum omittit.

Cod. 947

Ordo *centum benedictionum* ac *precum* cum *Psalm.* occ., chart. semiquadr. 4.° seculi xvI.

Cod. 948

Pentateuchus cum *Targum*, *Aphtaròth*, *Meghilloth*, *Targum in Esther*, Jarchii *Comm. in Pent.*, *Canticum*, *Ruth*, *Threnos*, *Eccle.*, *Esther*, memb. in fol. sec. xiiI.

In medio situs est textus, in interiori marg. Targum, uterque charactere quadrato germ., sed prior majori ac nigriori, exteriorem oram occupat rabbinicis litteris comm. Jarchì. Verba initialia majora, sub fin. Gen. occurrit librarii Isaaci nomen, sub finem vero Pent. index anno-

rum, quos cujuslibet libri historia complectitur, et traditio de eorum auctoribus. Desinit codex Esth. IV 2, et unicus est in *Scholiis* Deut. XXXII 45.

Cod. 949

Pentateuchus cum *v Meghilloth, Aphtaroth* et *Masora*, memb. germ. in fol. 2 col. sub fin. sec. XIII vel init. XIV.

Primum folium recentiori atramento rescriptum, initialia verba majora, masora magna saepe sub florum vel avium figura disposita. Ad calc. » Roboretur Jacob fil. Isaac scriba ». Singularis et unicus Gen. XVIII 29 in servanda lectione Sam., LXX, Vulg., Syri, Obad. 3 in Append., fere unic. Exod. XXXIX 22, rarus in *Schol.* Ex. XXXIX 2. Pertinebat et ipse ad bibl. Firmianam sub n.° A 239.

Cod. 950

Pentateuchus cum *Aphtaròth, v Meghillòth* et *Masora*, memb. hisp. 4.° maj. 2 col. an. 1442.

Notatu digna nomina, quibus in hoc codice, nitido et eleganti, v Pent. libri appellantur. Genesis enim vocatur liber recti, Exodus liber foederis, Leviticus liber legis sacerdotum, Numeri liber praefectorum, Deuteronomium liber repetitionis legis. Ad calcem Pent.: » Completus est hic Pentateuchus, laus Deo, feria IV die XII mensis scebat an 5202 ab O. C. באקלאג an. est mihi ר״ב multum, seu 202. Ego Jacob fil. R. Mosis fil. Alachadav scripsi et accuratissime expendi hos v libros legis auxiliante Deo magno et terribili in gratiam exc. R. Jom Tov fil. David fil. Pragae f. m. . . . Descripsi, masora instruxi et finivi supradicta die an. 202 ». Post Aphtaras alia occurrit epigraphe, qua librarius eas absolvisse asserit feria v die XXVII ejus mensis scebat an. 202, et tertia post Meghillòth, in qua testatur se iis finem imposuisse feria IV die III mensis adar in urbe Aklagh an. 202. Explicit indice annorum mundi, quos libri sacri continent, eorumque auctorum. Unicus Deut. XXXII 5 cum Sam., Lxx ac Syro.

Cod. 951

Pentateuchus cum *Aphtaròth, v Meghillòth, Masora*, ac *Vol.* Antiochi chaldaice, memb. hisp. 4.° 2 col. seculi XV.

Praecedit cat. var. lectionum ben Ascer et ben Naphtali. Initiales minores, ad marg. producitur aliquando codex Hillelianus, Hierosolymitanus, correctus, subjiciturque ad calcem index litterarum majusc. ac minusc. et judaicum calendarium.

Cod. 952

Pentateuchus, membr. ital. 8° a col. init. sec. xiiI.

Vetustus codex, in quo initiales minores, nullum majus spatium ante majores sectiones, nulla versuum summa, nulla masorae, ac ipsius kerì rarissima vestigia. Incipit Gen. xI 6, et desinit Deut. xxviiI 58.

Cod. 953

Psalterium cum *Com.* r. David Kimchì et *Job* cum *Comm.* Gersonidis, membr. ital. 4.° init. sec. xv.

Incipit Psal. ix 21, et desinit Job xxxiv 6. Ad calcem psalmorum, qui numerantur 149, legitur nomen librarii Zerachiae. Fere unicus Job xix 3, xxx 28, rarus Job I 12.

Cod. 954

Psalterium, membr. germ. 4.° sec xiiI.

Incipit Psal. v 13, desinit Ps cxxiv. Initialia verba majora, rarum kerì, masora nulla. Variis lectionibus abundat, inter quas insignes et bonae notae. Unicus Psalm. xxxiiI 18, in *Schol.* lxxI 6.

Cod. 955

Machazòr hisp. cum *Cantico cant., Ruth, Threnis, Eccle., Sect. Pent.* ac *Proph.* et *Psal* occurr., *Targum in Aphtaràs dierum festorum, Constitutionibus variis ritualibus, Pirke avoth* cum *Comment.* Maimonidis, Jeh. Levitae *Carmine,* et *Azaroth* Eliae et Gaviròl, membran. hisp. fol sec. xiv vel in. xv.

Habet etiam Rescùd Jehudae, Rescùd Kadisc Joabi fil. Bin. de Bethel, hoc autem singulare, quod ad carmen Jeh. Levitae Adòn chasdechà notat auctorem ad eos versus desiisse, qui postremas sui nominis Jehudae litteras complectuntur, reliqua ab alia manu addita. Extant sane codices, qui illic desinunt, alii vero, ut 260, 740 etc., qui, omissis prioribus versibus, eis posteriores substituunt, qui sunt et ipsi acrostici.

Cod. 956

Canticum canticorum cum *Ruth,* ac *Psalmis variis* in fragm. *Machazor,* membr. germ. in fol. sec. xiiI.

Conspicitur ad calcem nomen scribae Samuelis.

Cod. 957

Ecclesiastes, memb. germ. in fol. sec. xiiI.

Compactus cum praecedenti.. Extat ad calc. contractus venditionis a. 109, Ch. 1349.

Cod. 958

Agada' *paschatis* cum *Psalm.* occurr., memb. germ. in 4.° maj. sec. xiv.

Aureis litteris initialibus, rubris variique coloris, et ad marg. multis figuris textui orationum, et festo analogis exornatus.

COD. 959

MACHAZÒR romanum vel italicum cum *Targum Aphtaròth dierum festorum, Sectione Exodi* ac *Psal.* occurr., *Pirkè avòth* cum *Comm.* Maimonidis ac Jarchii, ej. Maimonidis *Perachìm, Constitutionibus ritualibus*, Isaaci Durensis *Sectionibus de vetito ac licito*, variorum *Orationibus* ac *Carminibus*, aliisque singularibus, memb. rabbin. fol. an. 1400.

Pleraeque constitutiones desumptae sunt ex libro Tanià qui integer hic describitur. Ex eodem libro vel ex Scibbolè allèket exhibetur comm. Agadae Sedeciae fil. Abr. Rophe. Quaedam constitutiones ac leges ad consuetudinem romanae synagogae potissimum sunt conformatae, occurruntque inter illas din Scerirà Gaòn, aliud Ephraimi de Rynsburg, responsum quoddam rabbènu Tam ad R. Jacob, tekanòth rabbènu Gerson, ordo benedictionum R. Meir, ad hujus marg. crebra scholia vel decisiones R. Isaiae posterioris, R. Jeh. fil. Bin. Rophè constitutiones mactationis cum comm., anon. constitutiones terephà, item cum comm., in quo inter plures auctores Isaias uterque, prior, et filius Eliae, passim producitur, Isaaci Durensis saharim vel sectiones, Gamalielis ordo calendarii, R. Bin. Rophè fil. Abr. XIV saharìm, anon. saharè etz chaiim, seu sectiones arboris vitae. Maimonidis comm. in Pirchè avòth, qui est ex consueta Sam. Tibbonidis versione, praemittitur interpretis praefatio, et auctoris altera fusior de animae facultatibus, quam scemonè perachìm seu octo capitula inscripsit. In ordine precum praeter psalmos ac sectiones biblicas leguntur Jeh. levitae hymnus Adòn chasdechà, Gaviròlii et Eliae azaròth, chald. alphabetum R. Salomonis, tachanunìm R. Eliakim, et R. Simeonis, R. Biniamini canticum novi anni et diei expiationis, confessio Saadiae, selichà Sal. Katòn, alia Aben Ezrae pro die expiationis, alia R. Isaaci, binae R. Biniamini, binae R. Jehudae, idest ejus filii, tochechòth Sal. Katòn, R. Mosis, R. Biniamini, rescùd seder avodà Aben Ezrae, selicòth variae Biniamini, selichà akidà, in hoc codice ut et in aliis anonyma, sed in 860 Maimonidi attributa, Aben Ezrae carmen, quod incipit El chai, rescud novi anni Joabi de synag., aliud

Mosis scribae fil. Bin., aliud R. Biniamini, aliud Joabi de Bethel, rescùd kadisc R. Jehudae, aliud R. Joabi fil. Bin., gheulà Aben Ezrae, alia R. Maimon, alia Mescullàm scribae, piut, seu carmen elegans Joab fil. Jechiel de Bethel, ordo jejunii generalis Romae instituti feria V die XXI sivàn an. 81, quum in carcerem proficiscerentur legati synagogae, seder tamid R. Nathanaelis, alter R. Meir, selichà David bar Mescullam, techinà Daniel fil. Jechielis, Aben Ezrae carmen אעירה, pluraque alia anonyma. Habet etiam sub jotzer diei IX av orationem de Edom aliasque antichristianas in editionibus omissas, in mss. rariores. Folio vero penultimo haec extat amanuensis nota: » Absolutum est porro opus ministerii sancti hujus ordinis manu R. Bin. fil. Jechiel fil. R. Mescullam, absolvique illud hodie feria I die IX maii, quae est XIV ijar an. 160, scripsique in gratiam R. Ezrach fil. R. Isaaci fel. memoriae ». Infra subjicitur contractus, seu nota diei VII mensis chislèv, vel IV novembris anni 5171, Christi 1410, in qua Menachèm Tzèmach filius Nathanaëlis testatur se emisse hoc Machazor a R. Ezràch fil. Isaaci de Perusia pretio 31 aureorum.

Cod. 960

Machazòr germ. Pars I. cum *Sect. nonnullis Pent.* ac *Proph.* et *Psalm.* occurr., memb. germ. 4.° maj. sec. XIV.

Cod. 961

1.° Liber precum cum *Sect. variis biblicis* ac *Psalm.*

2.° R. Isaaci de Korbeil *Liber parvus praeceptorum*, memb. rabb. 4.° ante an. 1327.

Nam primo folio Isaaci libri dicitur is venditus die VII adar II an. 5087, Ch. 1327, ac propterea aetas codicis ad finem sec. XIII, vel init. XIV est referenda. Praemittitur huic libro auctoris epistola ad gallos judaeos missa, de qua diximus ad cod. 87 et 571, ad calcem vero tum hujus epistolae, tum codicis, scribae nomen occurrit Samuelis fil. R. Chaiim.

Cod. 962

Machazòr cum *Cantico Exodi*, *Pirkè avòth*, *Psalmis* occ., Gavirolii et Eliae *Azaròth*, memb. rabb. 4.° sec. XV.

Extat et jotzèr sabbathi Biniamini, hymnus fusus Jeh. Levitae, et Aben Ezrae carmen אעירה.

Cod. 963

Machazòr ital. cum *Psal.* occ., *Pirkè avoth* cum *Comm.* Jarchì etc., memb. rabb. 4.° sec. XIV.

Praeter azaròth Eliae et Gavirol occurrunt Aben Ezrae carmen Ahirah, alterum Jeh. Levitae ante purim, selicha Biniamini, aliae Dav. bar Mescullam, musaf diei expiationis Jochanan Zaken, tachanun Isaiae in diebus jejunii, ad calc. ordo orat. jejunii facti Romae die xxI sivan an. 81, seder tamid Nathanaelis de Kenon, scriptoris Wolfio ignoti, et seder alter Biniamini constitutus a Meir gallo.

COD. 964

MACHAZOR *Pars II* complectens *Tachanunìm*, *Preces novi anni*, *diei expiationis*, *festi tabernaculorum* et *laetitiae legis* cum *Psal.* occurr., memb. rabb. 4.° min. init. sec. XV.

Reperiuntur ad calcem notae an. 1441, 1442, 1443, in ordine vero precum, praeter anonymas, selicòth Sal. Katon, Aben Ezrae, R. Isaaci, quaedam R. Biniamini et R. Jehudae, et tochechà Gavirolii. Subjectum est Aben Ezrae carmen Ahìra et Maimonidis Eth saharè ratzòn.

COD. 965

MACHAZÒR ital. cum *Cantico*, *Ruth*, *Threnis*, *Eccle.*, *Esther*, *Sect. Pent.* ac *Proph.*, *et Psalmis* occurr., *Targum* earumdem *Sectionum*, *Pirkè avòth*, Gavirolii *Chedèr malcùd*, ejusdem et R. Eliae *Azaroth*, *Historia* R. Tarpon, Aben Ezrae aliorumque *sacris Canticis*, ac *metricis orationibus*, *Constitutionibus ritualibus*, *Calendario*, *Pidròn chalomoth*, memb. ital. 8.° 2 voll. sec. XV.

Auctorum nomina praefigunt, hymnus fusus Jeh. Levitae ante purìm, gheulà Aben Ezrae, alia R. Maimon, alia Mescullàm, techina Isaaci, jotzèr ante initium anni Josephi fil. Matathiae, rescùd kadìsc Joab fil. Biniam., aliud Isaaci, rescud animae Aben Ezrae, cujus initiales dant ejus nomen, ej. piut, alterum Eleazaris de Catalonia datum Neap. synagogae, rescùd Samuelis dela Marca, aliud R. Salomonis, selichoth Jeh. Levitae, Aben Ezrae, Sal. Katòn, Isaaci, Jehudae, Abrahami, Biniam., tandem tochechà Sal. katon, aliaque R. Mosis.

COD. 966

1.° JARCHÌ *Comm. in Danielem*, *Esdram* et *Nehemiam*.

2. R. MOSIS FIL. SALOM. *Comm. in Eccle. IV 17*.

3.° *Collectanea ex variis auctoribus* variique argumenti.

4.° *Liber Jetzirà*, seu *Creationis* Abrahamo attributus.

5.° *Excerpta* ex *Libro nehelàm* seu *occulti* R. Eleazaris Wormatiensis, aliisque libris, chart. rabb. 12. sec. XV.

Primum comm. Jarchii esse patet ex collatione, alter in Eccle. IV 17 praefixum habet auctoris nomen, qui nescio an idem sit cum eo qui commentatus est in Morè nevochìm, de quo Wolfius T. I p. 897, et uberius Biscionius *Bibl. heb. Flor.* p. 200. Illud certum libellum ipsum esse ineditum et ignotissimum, et ad R. quemdam Simeonem, ut ex praef. colligitur, amicum suum ac studiorum socium fuisse ab auctore directum. De libro Nehelam vix T. I p. 191 notat Wolfius ex Sabtaei observatione eum ab auctore Novelòth chocmà R. Eleazari Wormatiensi adscribi. Alia quae praecedunt, vel sequuntur excerpta variorum auctorum sunt variique argumenti, variosque potissimum ritus illustrantia. Extant inter ea XXXII nedivòth chochmà, semitae sapientiae.

Cod. 967

Siddur, *Ordo precum* cum *Sect. var. Pent.* ac *Psal.* occ, memb. ital. 12. mutilus sec. XV.

Cod. 968

Ordo precum *totius anni* cum *Cantico Exodi* ac *Psal.* occ., memb. 12. an. 1492.

Litteris partim quadratis germ., partim rabbinicis. Scriptus Bononiae an. 5252, ut habet epigraphe, in qua librarii nomen abrasum.

Cod. 969

Siddur, seu *Ordo precum* cum *Cantico Exodi* ac *Psal.* occ., memb. rabb. 12. a. 1500.

Eleganter scriptus, saepeque calami ductibus ornatus. Desunt initiales, quae pingi debebant, haecque ad calcem leguntur: » Isaac Menachem Finzi feria IV die IV av an. 260 min. supp. VI millenarii ».

Cod. 970

Siddur seu *Ordo precum* cum *Cantico Exodi* ac *Psal.* occ., memb. rabb. 12. sec. XV.

Habet et Jeh. Levitae carmen ante festum sortium, gheulà Aben Ezrae, vidui Saadiae, et R. Jehudae dicti messer Leon rescùd, novum plane, singulare et ineditum.

Cod. 971

Anonymi *Institutiones linguae sanctae*, memb. rabb. 12. sec. XV.

Cujus sint, codex non prodit, nec in tanta grammaticorum copia facile est divinare. Auctor est certe Ephodaeo posterior, ad quem provocat ad calcem, ut de litterarum ministerio amplissime disserentem. Ipse enim praecise canones pròponit.

Cod. 972

Ordo precum cum *Cantico Exodi* ac *Psalmis* occurr., membr. rabb. 12. sec. XV.

Cod. 973

Ordo precum cum *Cantico Exodi* ac *Psalmis* occurr., membr. rabb. 16. an. 1474.

» Scripsi illum pro me festinanter hic Mantuae, absolvique eum hodie feria I die xv maii an. 234, quae est IX ijar ej. anni 234 ... Moses fil. Saul levita ».

Cod. 974

Ordo precum cum *Cantico Exodi* et *Psalm.* occurr., membr. rabb. 16. sec. xv.

Cod. 975

Ordo precum totius anni cum *Cantico Exodi*, ac *Psalmis* occurr., et *Pirkè avòth*, membr. hisp. 16. sec. xv.

Luculentissimus ac pulcherrimus codex aureis saepe litteris et ornatibus varii coloris ditatus, in eoque singularis, quod apertissimam ac plenissimam habeat Bircad aminìm: » Apostatis nulla sit spes, omnesque haeretici, detractores, proditores, omnes momento pereant, cunctique inimici nostri cito exscindantur. Regnum vero superbum brevi eradica, confringe, dejice, humilia et deprime cito in diebus nostris ».

Cod. 976

Proverbiorum *Fragment.* membr. germ. 4.° maj. 2 col. seculi XIII.

A Prov. XI 29 ad XIV 5, et XXI 12 ad XXIII 8. Pertinere ad cod. amasorethicum constat ex kerì fere semper in textum recepto.

Cod. 977

Esdrae *Fragm.* cum *Masora*, memb. hisp. fol. vel 4.° maj. sec. XIV.

Ab Esd. I 9 ad II 36, et a V 16 ad VI 16.

Cod. 978

Preces paschatis cum *Jotzeroth*, *Sect. Exod.* XIII 17 ad XV 27 et *Targum* versibus alternis, membr. germ. fol. seculi XIII.

Sacer textus ab hodierno crebro et insigniter discrepat, ut constat ex variis ejus lectionibus in appendice delibatis ad Exod. XIV 25. Unicus cum LXX cap. XIV 27, et fere unicus cum Sam. v. 25. Occurrit inter sacros hymnos jotzèr diei VII paschatis Simeonis magni, cujus litterae initiales ipsius auctoris nomen dant, Simeonis filii Isaaci. Extant et Eliae Paraeneses.

Cod. 979

Meghillàd Estèr, seu *Volumen Esther*, memb. hisp. lin. 22 sec. XV vel XVI.

Cod. 980

Meghillà seu *Volumen Estheris*, memb. hispan. lin. 20 sec. XVI.

Cod. 981

Estheris Volumen memb. hisp. lin. 16. sec. xvI vel init. xvII.

Cod. 982

R. Mosis Maimonidis *Jad chazachà* vol. I, seu libri *Madàh* et *Aavàh*, memb. rabb. fol. maj. 2 col. sec. xiv.

Constitutiones ac capita ornatu varii coloris, liber autem iI aureis litteris sub init. nobilitantur. Antichristiana loca Avodà zarà abrasa sunt, ac cap. xI legebat et ipse verba *Jesus Nazarenus ac discipuli ejus*, ac Jesus quidem nomen per ain, ut ex vestigiis apparet. V. dicta ad cod. 626.

Cod. 983

R. Mosis Maimonidis *Jad chazachà*, memb. rabb. fol. 2 col. sec. xiv, vel init. xv.

Incipit a libro Zerahìm et a cap. vII primae ejus constitutionis, et desinìt ad c. vIII Melachìm.

Cod. 984

Miscnae bini *Ordines*, *Nascìm* et *Nezikìn*, seu *de mulieribus* et *damnis*, cum *Comm.* R. Mosis Maimonidis. Accedit in tract. *Avòth Comm.* Jarchì, memb. f. 2 col. sec. xiv.

Quadrato charact. ad hisp. vergente et eleganti quoad textum, rabbin. quoad comm. Priori ordini praemittitur fusa praef. interpretis Jacobi Achsai vel Achsì quae extat etiam in Neapolit. editione omnium principe, in Mantuana et aliis, sed in nostro codice deest primum ejus folium. Ad calcem ordinis Nezikin haec habet codex: » Explicit comm. miscnicus ordinis Nesikin, quem composuit dominus ac doctor noster R. Moses fil. doctoris magni R. Maimon fel. mem., vertique eum ex lingua arabica in sanctam ego Salomon fil. Josephi fil. Jacob. Absolvi autem versionem meam die iiI mensis chislev an. 5058 ab O. C. in urbe Caesaraugustae in regno Aragoniae ». Haec in Mantuana desunt, sed habet Neapolitana ad calc. tract. Orajòth, qui in ea praecedit tract. Avòth. Subjicitur epist. Jacobi Achsi ad Sal. ben Adereth, hujusque responsum super illius interpretatione, quae ad calcem ordinis Nascim in utraque illa edit. occurrunt. Hic illic notae quaedam, variae lectiones, scholia conspiciuntur, ad marg. vero in Avoth additur etiam comm. Jarchì. In tract. Sahedrin et Avodà zarà nonnulla loca, christianos respicientia, deleta sunt.

Cod. 985

Prophetae priores ac posteriores, membr. ital. fol. 2 col. init. sec. xiv.

Incipit Josue XXIV 12, et desinit Habac. I 3. Majusculis litteris vel vocabulis distinguuntur librorum exordia, et praeter optimas rarioresque lectiones, quas offert, singularis est et unicus Jud. IX 55, Ezech. XLVI 24, ac fere unicus in Appendice Isai. XXIV 18. Unicus iterum in *Scholiis* Isai. XXI 9, fere unicus Ezech. XLVIII 34, rarus Oseae VII 5.

COD. 986

R. ISAACI ISRAELITAE *Jesod olàm, Fundamentum mundi*, chart. rabb. fol. sec. XIV.

Membranaceum alterum ac splendidissimum insignis hujus operis exemplar suppeditat cod. 108, ad quem vide dicta. Noster hic incipit a maamàr seu tractatu secundo, plura ad marg. exhibet scholia, additamenta, varias lectiones, emendationes, totque in textu discrepantias, tamque insignes, ut in quibusdam capitibus ac locis vix solus auctoris sensus videatur retentus, verba pleraque immutata, alia exempla aliique anni posteriores a posteriori manu substituti. Omissum est integrum caput XVIII tract. IV, quo chronologica a mundi exordio exhibetur judaicorum patrum et doctorum series ad auctoris aetatem continuata, aliaque in ejus locum suffecta, clauditurque codex fusa antiqui possessoris nota, in qua de pluribus erroribus ac discrepantiis conqueritur monetque se ad eorum emendationem correcto alio exemplari usum esse, Toleti et ex ipso auctor. autographo descripto.

COD. 987

1.° R. ISAACI ABRABANELIS *Atèred zekenìm, Corona senum*.

2.° Ejusdem *Tzuròth ajesodòth, Figurae* vel *formae fundamentorum*, chart. rabb. 4.° sub fin. sec. XV.

Simul juncti, ut in codice, bini hi libri Sabionetae prodierunt.

COD. 988

PENTATEUCHUS, membr. hisp. 4.° 2 col. init. sec. XIV.

Incipit Gen. X 26. Nullae initiales majusculae, nulla masora, kerì rarissimum et ex exteriori conditione codicis usu detriti, et atramento flaviori conjici posset antiquior. Deut. VIII 6 corrector, qui delevit verba nonnulla oscitanter repetita, divina nomina inter ea occurrentia reliquit intacta.

COD. 989

PENTATEUCHUS, *Aphtaròth, V Meghillòth, Psalmi, Proverbia, Job*, et Antiochi *Volumen* chaldaice, membr. hisp. 4.° 2 col. sub fin. sec. XIV.

Incipit Num. xx 14, et desinit Job xl 17. Psal., Prov., Job supra et infra conscripta sunt charactere minori, ac Job quidem ultra Antiochi volumen protrahitur, postremasque paginas explet. Unicus est in *Scholiis* Deut. I 1, ac fere unicus Deut. iiI 21.

Cod. 990

V Meghillòth et Aphtaròth, seu *Canticum cantic.*, *Ruth*, *Threni*, *Eccle.*, *Esther* et *proph. Sectiones*, membr. hisp. 4.° 2 col. init. seculi xv.

In Meghillòth initiales minores, in Aphtaris majores.

Cod. 991

Pentateuchus cum *Targum* et *Commentario* Jarchì, memb. ital. 4.° min. an. 1462.

Librorum tituli auro et minio eleganter condecorati, initiales majores et aureae, eodem charactere quadrato exaratum est in interiori margine Targum, in exteriori commentarius, sed minori, et comm. quidem sine punctis, hacque clauditur codex epigraphe: » Feria v hebd. die iv mensis tertii (ipse est mensis, quo data est lex) absolutum est opus sanctum et completum an. 5222 per manum Ephraim fil. Joabi fil. Mosis Mutinensis ». Extat rara codicis lectio in *Scholiis* Deut. xxxI 7.

Cod. 992

Psalmi priores xxxix cum *Sect. biblicis* ac *precibus*, chart. ital. 4.° sec. xvI.

Non ex ulla editione, sed ex mss. descriptus.

Cod. 993

Prophetae priores ac posteriores, seu *Josue*, *Judices*, *Samuel*, *Reges*, *Isaias*, *Jeremias*, *Ezech.*, xiI *minores* usque ad *Aggaeum*, memb. ital. 8.° sec. xiv.

Incipit Jos. xxiv 8, et explicit Agg. iI 16. Initiales majores, masora nulla, fere nullum kerì, scatetque codex multis et optimis variis lectionibus, multa tamen omissa ac restituta, quae produnt scribae oscitantiam. Fere unicus in *Scholiis* Amos v 6.

Cod. 994

Siddur seu *Ordo precum* cum *cantico Exodi* ac *Psalmis* occurr., memb. ital. in 8.° sec. xv.

Cod. 995

Ordo precum cum *Sect.* variis biblicis ac *Psal.* occ., *Pirkè avoth* et *Azaroth* r. Salomonis Gavirol, memb. ital. 8.° sec. xv.

Cod. 996

Ordo precum cum *Cant. Exodi* ac *Psal.* occ, memb. rabb. 12. sec. xiv vel init. xv.

Cod. 997

Liber precum, inter quas singulares multae occurrunt, cum *Psalmis* occurr., memb. rabb. 12. sec. XIV.

Pretiosus, ac rarissimus codex ob plurimas quas continet, singulares precandi formulas, quas non modo in editis, sed et in mss. libris frustra requires. Omissis anonymis, nos eas ordine recensebimus, quae habent praefixos auctores. Agmen ducunt binae tefilòth, seu orationes Mosis Maimonidis, sequitur carmen R. Ezechiae super XIII fundamentis fidei Maimonidis, tefilà Isaaci, tochechòth Jeh. Chasid et Gavirol, bakascà Saadiae, tefilà Nachmanidis pro itinerantibus, scèvach seu laudatio Saadiae fil. Josephi, bakascà Bechai, vidui, seu formula confessionis Sal. Nassì, tefilà Saadiae, tochechà Bechai, vidui seu confessio maimonidis, tefilòth Maimonidis, Aben Ezrae, Aben tibbòn, Aristotelis, Hippocratis, Eliae variae, ej. bakascà, vidui Scem Tov fil. Arduthiel, bakascà R. Meir, XIII fundamenta Maimonidis, eadem metrice exposita a R. Zacharìa, eadem R. Abrahami cum ejus expositione, oratio a R. Zerachia versa vel descripta, bakascà Eliae, cheder malcud Gaviròl, bakascà Aben Ezrae, tefilòth Jedidjae Nassì, Salom. Nassì, Aben Ezrae, R. Samuel, techina Aben Ezrae, canticum de unitate, ordo Eliae, Vidui R. Nissim, tefilà Saadiae. In harum numero variae omnino ignotae, ignoti et quidam auctores.

Cod. 998

Pentateuchus, membr. hisp. 12. sec. XIII.

Pro ratione codicum hisp. initiales minores sunt, masora nulla, kerì rarum, et inter ipsa kerian rariora occurrunt, ut Gen. XLIX 10 שלו ק׳, et Ex. II 19 ולו ק׳, nec desunt rariores ac singulares lectiones. Unicus Exod. XX 10, et XXI 16, 17, et fere unicus XXVI 31. Quae margini apponuntur observationes ac leges, ostendunt eum esse tikkùn sopherìm, sed quae identidem conspiciuntur suppleta, evincunt non magna ἀκρίβεια eum fuisse conscriptum. Postremi versus recentiori manu suppleti.

Cod. 999

Josue, *II Samuelis, Oseae Joelis, Amos, Obadiae, Fragmenta* cum *Targum* alternis versibus, memb. germ. fol. max. 3 col. sec. XIII.

Complectuntur Jos. IX 6, ad IX 27, X 35 ad XI 12, II Sam. XII 19 ad XIII 13, XVII 22 ad XVIII 15, Osea II 19

ad IV 14, XIV 3 ad fin., Joel ad I 19, Amos IX 9 ad fin., Obad. ad v. 17. Ejusdem formae ac characteris cum 784, cujus est pars sero eruta.

COD. 1000

JEREMIAE et ISAIAE *Fragmenta* memb. germ. fol. maj. 3 col. exeuntis sec. XIII.

Continet Aphtaràs Jerem. II 18 ad fin., Isai. I, XL et XLIX, olim ext. 65 meae collationis.

COD. 1001

ECCLESIASTIS et ESTHER *Fragmenta* cum *Targum* alternis versibus, memb. germ. fol. 2 col. sec. XIII.

Sine punctis, Eccle. I ad II 14, et Esther ab I 12 ad VI 11.

COD. 1002

DEUTERONOMII *Fragmen.* cum *Targum* vers. alternis memb.germ.fol.3 col.sec.XIII.

A cap. III 5 ad 21, VI 10 ad VII 2, IX 5 ad X 7.

COD. 1003

EZECHIELIS *Fragm.*memb. germ. fol. 2 col. sec. XIII.

A cap. XXVII 7 ad XXIX 2.

COD. 1004

R. DAVID KIMCHÌ *Commentarius in Isaiam ac Jeremiam*, membr. rabbin. in fol. min. sec. XIV vel in. XV.

Jeremiae comm. explicit ad cap. XXIII 6. Antichristianae expositiones plerumque deletae, potissimum quae in iis apparent, Jesu vel crucifixi, vel christianorum nomina. Isaiae tamen XLIX 6, ubi celebris occurrit locus a Pocockio observatus in *Notis miscell. ad Portam Mosis* p. 318, congruit cum mss. Pocockianis ac nostris 1070, et 1184, et principe hujus libri edit. sine anno et loco.

COD. 1005

ONKELOSI *Targum Pentateuchi*, memb. hisp. in 4.° seculi XV.

Incipit Gen. XX 8 et desinit Deut. XIX 6.

COD. 1006

PENTATEUCHUS, membr. semirabb. 4.° an. 1386.

Sine punctis, paucis exceptis vocabulis, et tikkùn sopherìm seu scribarum exemplar. Initiales majores, fere nullum kerì, rarior masora parva, rariores aliquando lectiones, ut Num. XIII 22. Ad calcem: » Ego Jekuthiel fil. sap. R. Josephi fel. mem. descripsi hunc Pent. die XX ellul anno 146 min. supp. ». Unicus in *Scholiis* Deut. XXXIII 19.

COD. 1007

COMPENDIUM MACHAZÒR, seu *precum totius anni* cum *Cantico Exodi* ac *Psal.* occ., memb. rabb. 8.° an. 1470.

Ad calcem: » Et absolutum est opus ministerii sancti, quod descripsi ego Scemarias fil. Abr. Jechiel, Machazòr hujus an. 230 creationis mundi min. supput. mense xiI die xviI mensis, scripsique illud in gratiam doctoris ac ducis mei cels. Sam. fil. R. Jekuthiel Eugubini, hicque Eugubii illud scripsi et absolvi ».

Cod. 1008

Ecclesiastis *Fragment.* memb. rabb. fol. sec. xv.

A cap. iiI ad v 12.

Cod. 1009

Exodi *Fragment.* membr. ital. in 4.° sec. xiiI.

A cap. xxv 26 ad xxvI 14.

Cod. 1010

Libri I Paral. *Fragm.* cum *Masora*, memb. ital. in 4.° 2 col. sec. xiv.

A vI 45 ad 66, ix 26 ad x 13, xiI 2 ad 22, xvI 17 ad xviI 4. Pertinet ad eundem codicem fragmenti 788.

Cod. 1011

Compendium Machazòr, seu *Ordo major precum* ital. cum *Pirkè avoth*, *Cantico* Exodi ac *Psalmis* occurr., memb. rabb. 8.° in. sec. xv.

Cod. 1012

Threni ac Job, membr. germ. in 12. sec. xiiI.

Singularis et unicus Job viI 9, xxiv 3, xxxviiI 40. Desunt bini postremi versus.

Cod. 1013

Siddur seu *Ordo precum* cum *Cant.* Exodi ac var. *Psal.* memb. rabb. in 24 sec. xiv.

Cod. 1014

Proverbia, Job, Canticum cantic., membr. hisp. in 8.° seculi xv.

Adest et initium Ruth, quo codex explicit. Qui etsi hispanicus sit, plures offert lectiones amasorethicas. Initiales majores.

Cod. 1015

Agadà paschatis cum *Psal.* occurr., et *Constitutionibus ritualibus*, membr. germ. in 4.° sec. xv.

Ad calcem: » Ego Chaiim fil. R. Jehudae scripsi hanc Agadam in gr. R. Eleazaris fil. R. Ascer fel. m. ».

Cod. 1016

Pentateuchus, membr. ital. 4.° 2 col. sec. xiv.

Initiales minores, ut in codd. hisp., adest masora parva, ad calcem vero catal. majuscularum et minuscularum, sacraque excerpta cum accentibus ad indicandum musicum eorum usum ac vocis modulationem. Patet ex verbis, quae identidem supplentur in marg., non mul-

tum diligenter codicem fuisse descriptum, sed patet etiam ex var. lectionibus, quas in Appendice sistimus, ex amasorethico exemplari fuisse desumptum. Unicus interdum vel fere unicus in singulari Sam. T. vel antiquorum interpretum lectione servanda, ut Gen. X 21, Exod. XXXIX 17, Lev. VII 11, Num. XI 12, Deut. XXXIII 6.

COD. 1017

AGADA' PASCHATIS cum *Psalmis* occurr., memb. hisp. 4.° min. sec. XIV.

Cum init. maj., miniatis, aureis, eleganter ornatis.

COD. 1018

LIB. I PARAL. *Frag.* memb. germ. in fol. 2 col. sec. XIV.

A cap. XX 4 ad XXV 21.

COD. 1019

EXODI FRAGM. membr. germ. in 4.° 2 col. sec. XIII.

A cap. XII 31 ad XIII 13, et a XXII 2 ad XXIII 9.

COD. 1020

DEUTERONOMII *Fragment.* memb. ital. 4.° init. sec. XIV.

A cap. XVIII 20 ad XXVI 11.

COD. 1021

GENESIS *Fragm.* cum *Targum* alternis vers. et *Masora*, memb. hisp. 4.° min. sec. XIII.

Characteris forma vetusta. A Gen. XXI 12 ad XXII 17.

COD. 1022

AGIOGRAPHA, seu *Job*, *Proverbia*, *Ruth*, *Canticum cant.*, *Ecclesiastes*, *Threni*, *Esther*, *Daniel*, *Esdr.*, *Nehemias*, memb. ital. 8.° sec. XIV.

Incipit Job XXII 15, et desinit Neh. XIII 24. Congruit cum perpaucis codicibus in *Scholiis criticis* in rariori lectione Jobi XXIII 7.

COD. 1023

PSALTERIUM, JOB, PROVERBIA, membr. semirabb. 12. sec. XIV.

Maj. litteris tituli expressi variisque exornati coloribus. Incipit Psal. XVIII 26, psalmos enumerat 149, rarioremque servat lectionem in *Scholiis* Prov. XXVI 2.

COD. 1024

COMP. MACHAZÒR, seu *Ordo major precum* italicus cum *Pirke avòth*, *Cantico Exodi* ac *Psal.* occurr., memb. rabb. 8.° sec. XIV vel init. XV.

COD. 1025

R. JEHUDAE ZABARA *Michtàv attechijà*, *Libellus de resurrectione*, chart. rabb. 4.° sec. XV.

Constat sectionibus septemdecim, editusque est CPoli an. 329, Chr. 1569 in 8.°, non 319, ut typ. errore legitur in Wolfio T. IV p. 830. Ex hoc tamen loco emendan-

da prava cognominis scriptio Sac ra vel Saccara, per caph, a Wolfio ipso facta T. III p. 310 et 786. Falsam etiam arbitror editionem Venetam ab eo memoratam T. I p. 426. De hoc libro conf. quoque Pocockius *Notae miscell. ad Port. Mos.* p. 90 et 105

COD. 1026

1.° R. ABR. ABEN EZRAE *Mozene lescòn akkodesc, Bilances linguae sanctae.*

2.° KIMCHII MOSIS *Excerpta ex Maalàch scevile adàhad.*

3.° ANTIOCHI *Volumen* chaldaice, chart. semirabb. 4.° 2 col. an. 1474.

Ad calcem I libri: » Explicitque opus sanctum hodie feria III die VII mensis marchesvàn an. 5235 ».

COD. 1027

LIBER EXODI cum *Masora,* membr. ital. 12. sec. XV.

Nitidissimus ac luculentus scribarum typus, scriptus, ut monet nota in fronte posita, a R. Isaaco Gratiano.

COD. 1028

MACHAZÒR ital. cum *Threnis, biblicis Sect., Psalmis* occurr., memb. rabb. 4.° sec. XIV vel init. XV.

Inter preces sacrasque cantiones variae occurrunt Biniamini, Matathiae de Bononia, R. Salomonis, Jeh. levitae, Isaaci, Aben Ezrae, ej. seder avodà, Vidui Saadiae. Rarior codicis lectio extat Psal. LXX 4. Incipit a festo paschatis.

COD. 1029

ORDO PRECUM, memb. rabb. in 8.° sec. XV.

COD. 1030

COMP. MACHAZÒR seu *Ordo major precum* cum *Cantico Exodi, Psal.* occurr. et *Pirkè avoth,* memb. ital. 16. sec. XIV.

Extat et in priores preces ad marg. anonymus comm., aureisque initialibus, ac minoribus varii coloris exornatus est codex.

COD. 1031

GENESIS et EXODUS cum *Targum* alternis versibus, memb. semirabb. 4.° sec. XIII.

Initiales minores, majores sectiones ampliori spatio non distinguuntur, aliquando extat sectio, ut Gen. XXV 7, ubi nulla adest in textu impresso, nulla masorae vestigia, nullum kerì chedìv, nulla versuum summa, sed post sect. berescith legitur ק"מו סימן אמציה *146 signum Amatzias,* plures amasoreticae lectiones, quaedam singulares et unicae, ut Gen. I 14, XLV 11, XLIX 26, Exod. VII 20, IX 19. V. Append. *Var. Lect.* T. IV sub finem, seu p. 240. Hic expliciunt codices sacri textus in *Variis* meis *Lectionibus* colla-

ti, qui deinceps occurrunt usque ad 1260, in *Scholiis criticis* allati, reliqui intacti.

COD. 1032

MAIMONIDIS *Jad chazakà*, memb. rabbin. fol. 2 col. ac 2 voll. an. 1433.

Incipit a libro v Kedoscà. Ad calcem II vol. » Absolutumque est opus ministerii sancti, quod descripsi ego Elias fil. Josephi f. m. Mesitzi, vel de Sitzi an. M. 5193 juxta aeram qua utimur hic in urbe Termo (Termoli, Buba) Albrutiensi. Scripsi autem illud pro cl. Mardochaeo fil. R. Isaiae f. m. habitante nunc in supradictá urbe Termo ».

COD. 1033

1.° CONSTITUTIONES ac *Ritus synagogae Moguntinae* ac *Wormatiensis*.

2.° ANONYMI *Perek gàn eden*, seu *Capitulum de horto voluptatis* vel paradiso.

3.° R. ISAACI DURENSIS *Liber vetiti et liciti*.

4.° R. ISAACI FIL. JEHUDAE *Quaesita et responsa*.

5.° *Constitutiones variae rituales*.

6.° *Tikkùn setaròth* seu *Typus contractuum* varii generis.

7.° ANON. *Perùsc tefilòth*, seu *Expositio precum*, et *Psalmorum* inter eas occurrentium.

8.° ANON. *Commentarius Pirkè avoth*, seu *in Capitula patrum*.

9.° ANON. *Constitutiones Tzitzith*, *Mezuzòth* et *Tephilìn* cum *Commentario*.

10.° ANON. *Comm. Jotzeroth*, seu *in matutinas cantiones* sic dictas.

11.° ANON. *Odòd scèl masciach*, *Signa Messiae*.

12.° *Ordo parasciòth*, seu *Lectionũ Pent.* cum *Aphtaris*.

13.° *Libellus de anni revolutionibus*, seu *ciclis*, *solstitiis*, *et aequinoctiis*.

14.° *Earumdem revolutionum indicia ex scripturis*.

15.° *Index judaic. precum*, membr. rabb. fol. 3 col. sec. XIII vel init. XIV.

Primum opus hunc habet praefixum titulum: » Haec sunt verba, quae descripserunt rabbini nostri sancti Moguntini et Wormatienses, quorum requies sit in gloria, amen ». Incipit a constitutione, vel ritu diei IX av. Eae videntur ineditae, ut et pleraque quae sequuntur. Libellus tamen de signis Messiae, quem Wolfius ut ms. et ineditum recenset, CPoli editus est, ut supra monuimus ad cod. 541. At vero noster hic a superiori illo in eodem codice 541 et sub alio titulo in 1240 contento, est diversissimus ac plane alius, nec, quum CPol. editio ad manus non sit, definiri potest, uter

ex duobus cum ea conveniat, vel num uterque adhuc ab ea discrepet, ut discrepant inter se. Qui continetur cod. 541, sic incipit: ירוע לפניו בלחץ שישר׳ שרוין בו והק׳ב״ה מוציא עליהם מלכות ישמעאל כדי להושיעם מיד אדום. » Notum est ante omnia in oppressione, in qua israelitae degunt, quod Deus benedictus educet contra eos regnum turcarum, ut illos liberet e manu Edom », seu christianorum. Noster vero sic: יתברך שמו של הקב״ה שבחר בישראל משבעים אומות. » Benedictum sit nomen Dei benedicti, qui israelitas selegit ex LXX nationibus ». Decem autem ea signa enumerat et illustrat frustra expectati Messiae adventus, illudque singulare, quod sub signo VIII, ubi ad primum buccinae sonitum, quem Michael archangelus edet, Messiam regem filium Davidis Eliamque prophetam revelandos fore statuit, Deum introducat Messiae dicentem » Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum », de Messia verba haec Psal. CX et Psalmum ipsum recte intelligens ut intelligendum esse Christus ipse, verus qui orbi jam illuxit, Messias, adversus sui aevi judaeos aliter sentientes invicte ostendit. Perperam ergo Kimchius ad hunc Psal. (in mss. tamen et antiquis ejus comm. editionibus, nam in recentioribus quae adversus nos disputantur, sublata sunt) christianos accusat de Messia ea verba exponentes, perinde ac si ex sola Christi suorumque auctoritate id faciant, hebraeorumque doctorum neminem habeant consentientem. In oratione Alènu verbis להבל וריק gematrice Jesum nostrum innui docet aperte auctor comm. precum qui occurrit sub n.° 7, qui et subdit eum designari quoque in voc. יקרו, quod gematrice dat eandem summam.

Cod. 1034

R. Isaaci Durensis *Constitutiones Eruvin*, membr. rabb. mutil. in fol. 2 col. sub fin. sec. XIII vel init. XIV.

Cod. 1035

1.° R. Mosis Maimonidis *Morè nevochìm* ex versione R. Sam. Tibbonidis.

2.° R. Samuelis Aben Tibbon *Expositio vocabulorum difficiliorum libri*, membr. rabb. in 4.° maj. sec. XIV.

Nitidus codex sub initium paucis foliis mutilus quae Tibbonidis praefationem, et partem alterius nostri auctoris comprehendebant. Ad marg. extant variae lectiones aliorum codicum, emendationes, et notae explanatoriae interpretis et aliorum. Ad

calcem Morè haec leguntur: » Expliciunt tres partes libri hujus aestimatissimi, laus Deo. Absolvit autem versionem libri sapiens magnus et philosophus excell. R. Samuel ben Tibbon fel. mem. die VII mensis tebeth an. 965 a creatione in urbe Arledi ». In anno designando subintelliguntur IV millenaria. Ac mensis quidem et annus jam innotuerant ex aliis codicibus, et ex principe ipsa editione quadratis litteris elaborata sub typogr. exordia, sed dies mensis et urbs nunc primum ex nostro hoc codice panduntur. Ad calcem binae occurrunt notae venditi codicis an. 125 et 157, Chr. 1365, 1397.

COD. 1036

ANONYMI *Comm. in Canonem* Avicennae cum *Comm.* ben Jabasc, ejus *Quaesitis*, et *Objectis* Alchatèv, chart. rabb. in fol. sub fin. sec. XIV vel initium XV.

Cujus sit, ignoratur. Deficit enim codex sub initium, ubi verisimilius indicabatur auctor. Illud unum ex testimoniis quae producit Maimonidis appositaque benedictionis formula constat, eum et natione judaeum fuisse, et Maimonide posteriorem. Post librum II canonis subjicitur commentarius primus sapientis בן יעש ben Jabasc, cujus quaesita et objecta, et sententiae saepe deinceps producuntur una cum objectis Alchatev et auctoris nostri responsis. De primo illo auctore, ejusque libro nulla in Wolfio vestigia. Nulla etiam operis Alchatèv, qui nescio, num idem sit cum Isaaco fil. Sal. Alchaev, cujus Orach selulà exhibent cod. 294 et 1144. Hic enim per ו scribitur, noster perpetuo per ט; et sub solo sapientis Alchatev nomine. Sed R. ben Jabasc comm. in lib. I canonis Avicennae extat etiam in Vaticana, in codice 49 inter urbinates, quem et ineditum esse, et in ea sola adservari, ex silentio, ut puto, bibliographorum monent *Catalogi* auctores T. I p. 442, subdentes addi lib. I canonis Avicennae etiam compendium ab eodem auctore elaboratum, et in XI capita distinctum.

COD. 1037

GENESIS et EXODUS cum *Libris Josue* ac *Judicum* et *Masora parva*, memb. hisp. 4.° maj. 2 col. sec. XV.

Incipit Gen. I 20, et desinit Exod. XXXIV 31. Sectionis vocabulum, ubi occurrit, aureis litteris caeruleoque ornatu distinctum est, sacerque textus luculento charactere exaratus. Supra et infra minori charactere cum punctis scripti sunt libri Jo-

sue ac Judicum, in medio autem marg. praeter masoram parvam sistuntur identidem variae lectiones aliorum codicum, praesertim codicis Zanbuki. Rariorem exhibet lectionem in *Scholiis* Josuae XVIII 17, et XIX 35, unicusque est XIX 31.

Cod. 1038

R. Salomonis ben Parchòn *Mechabbèred* sive *Arùch*, idest *Lexicon hebraeo-biblicum*. Praemittitur ejusdem *Opusculum de litteris servilibus*, membr. rabb. in 4.° 2 col. sec. XIV.

Exemplum alterum inediti insignissimi lexici Parchoniani, de quo plura diximus ad cod. 764. Ac primus equidem ille codex est nostro hoc splendidior ineditisque variis pretiosis opusculis ad calcem auctior, sed noster saepe est illo copiosior ac plenior in textu, in fronte vero libellum exhibet de litteris servilibus, ineditum et ignotum. Congruit tamen praef. initium cum eo, quod ex tertio codice Oppenheimeriano profert Wolfius T. III p. 1024; quamobrem pro certo habeo hunc eundem libellum eidem codici fuisse praefixum. In verbis illius codicis a Wolfio allatis bina emenda ab eo male lecta, videlicet Mechabbèred R. Menachem Saruk, pro plurali Mechabberòth, et אותה pro יותר, relato pronomine ad singularem ipsum Sarukiani lexici titulum, » Ut vidi ego Salomon notus nomine ben Parchon ex urbe maritima Kalhà Mechabbèred, seu Compositionem Menachem fil. Saruk fel. m. in hominum manibus extare, eamque diligere ec: » Sic legit codex meus, nec aliter legendum. Lexicon ipsum Sarukianum, collato codice 132 qui illud exhibet, sive in fronte, sive ad calcem in singulari titulum effert, ut ad eum observavimus. In singulari quoque efferunt bini codices a Wolfio producti T. III p. 694, Morgenwegianus et Berolinensis, adeo ut dubitandum non sit, quin verior hujus lexici titulus sit Mechabbèred, non Mechabberòth, ut a bibliographis omnibus appellatur. Hoc idem de titulo lexici Parchoniani statuendum esse vidimus ad cod. 764. Nec porro in ea praef., ut ad eam revertamur, solum lexicon ben Saruk Parchon memorat, sed et libros Jeh. Chiug de litteris quiescentibus, ac duplicibus, vel geminatis, et libros Jonae ben Ganàh Mostalchak et Tasvir, et librum apologeticum R. Sam. Naghid contra R. Jonam, et Mechabbèred. Deinde vero haec prosequitur: » Praeterea quum dixisset R. Jonas supra laudatus egere sacrum

Bibliorum textum Arùch seu lexico, quod singulas alphabeti dictiones explanaret, illud composuit, sed nihil in eo protulit ex verbis Chiug, vel ex libris Mostalchak et Tasvir, in binasque illud partes divisit, quarum primam appellavit Lumàh, alteram Ikkarè milòth, seu de Fundamentis vocum. Quumque ego ad urbem Salerni venissem, vidissemque ex omnibus illis commentariis vel libris nullum apud Salernitanos esse, constitui eos in linguam sanctam vertere, non eos tamen edens seorsim, ut sunt Arabice, sed simul componens in Arùch, vel Lexico, quod sub unaquaque alphabeti littera necessaria cuncta complecteretur, quae in variis illorum librorum locis sunt dispersa. Iis autem addidi et ego expositionem graviorum versuum vel locorum, etsi ad geonaeorum potius id expositiones, quam ad lexicon pertineret, aliaque, quae necessaria visa sunt eorum discipulis nec in eorum libris repererant. Quicquid etiam linguae sacri textus congruebat, sive ex Targum, sive ex Miscnà, sive ex Talmude, illud protuli, et quicquid difficile mihi videbatur, ejus explanationem petii a praeceptoribus meis R. Ephraim et R. Jeh. Levita fel. m., et R. Abr. ben Ezrà, qui prosperetur. Addo etiam hucque congero proverbia vel similitudines quasvis ex graecorum doctrina, astronomia, medicina depromptas, item observationes ad depellenda dubia in hominum animis enata de sacrae Scripturae locis, quae inter se videntur pugnare ». De his aliisque pluribus se pertractare asserit auctor, quae scripturae stilum et syntaxim, sacramque criticam ac linguam hebr. respiciunt. Ceterum de primigeniis illis arabicis titulis librorum Jonae ben Ganàh vel Ganàch nihil habet Wolfius, nihil de ejus controversia cum Sam. Naghid, nihil de hujus libro contra R. Jonam, cui is libro Tasvir respondit, nihil vel fere nihil de Mechabbered, seu alphabetica ac metrica compositione Sal. Katòn, insignis, ut eum Parchon noster appellat, poetae, sive sub ejus nomine ac numero, sive sub ipsius Parchonis nomine, ad quem lectorem amandat, nihil tandem de pervulgatissimis ejus paraenesibus, quae saepissime in mss. editisque precum breviariis reperiuntur. Sed ut idem est hic auctor cum R. Sal. ben Gavirol, a quo perperam eum Wolfius distinxit, ut monuimus ad cod. 61, sub posteriori hoc nomine quaerenda sunt ea opera, ac compositio illa Katoni est fusum illud car-

men grammaticum, quod ex hebr. catalogo ms. et ex Aben Ezrae testimonio memorat Wolfius T. I p. 1045. Illud singularissimum in hoc codice, quod verba sub linearum finem contra receptum linguae ac judaeorum usum saepe dividuntur. Quod in mss. libris fit rarissime, in editis nunquam.

Cod. 1039

Aphtaròth seu *propheticae Sectiones*, membr. germ. mutil. in 4.° sec. XIV.

Cod. 1040

R. Josuae Levitae *Alicòth olàm, Itinera mundi*, chart. rabb. 4.° sec. XV.

Collatus et correctus ad alios codices, ut patet ex scholiis et emendationibus marg. Discrepat tamen adhuc interdum a communi lectione, quam praesefert CPol. editio an. 1510, princeps et rarissima, quae est ad manus.

Cod. 1041

Genesis, Exodi, Levitici, Numer. *Fragm.*, membr. rabb. 4.° min. init. sec. XIV.

Pertinent ad cod. 524.

Cod. 1042

R. Salomonis Jarchì *Commentarius in Pent.*, memb. 4.° sec. XIV et XV.

Mutilus et ex duplici fragmento contextus, altero rabb. antiquiore, quod a Menachemo quodam scriptum esse evincunt puncta huic nomini superstructa, altero quadratis litteris hisp. et elegantibus exarato.

Cod. 1043

Psalterium, memb. hisp. in 4.° sub fin. sec. XIII vel init. XIV.

Luculento charactere majori conscriptus, et quidem diligentissime. Majusculae nullae, nulla librorum divisio, nulla epigraphe, nulla masora, sed habet kerì, saepe tamen ex recentiori manu, psalmosque enumerat 150.

Cod. 1044

R. Sal. Jarchì *Commentarius in Psalmos*, membr. rabbin. in 4.° 2 col. sec. XIII vel in. XIV.

A Psal. LXXXI ad CXXXIII.

Cod. 1045

R. Levi Gersonidis *Commentarius in Danielem*, chart. rabb. sub fin. mutilus in 4.° min. sec. XV.

Cod. 1046

1.° Anonymi *Liber malvèh et lohè*, seu *mutuantis et mutuo accipientis*.

2.° Anon. *Poema morale*.

3.° R. Sam. Tibbonidis *Liber Rùach chèn, Spiritus gratiae*, chart. rabbin. in 4.° min. sec. XV.

Constat primus liber capitibus xI, et explanantur xxv praecepta, sexdecim adfirmativa, ac novem negativa. Quod sequitur poema morale, incipit *Timeto Deum, fili mi, hoc est initium verborum meorum*, complectitur versus 186, nec videtur absolutum. Deest et init. libri postremi.

COD. 1047

1.° ANONYMI *Scholia in Ruth, Eccle., Canticum, Threnos, Esther, Dan., Esdr.*

2.° ANON. *Liber Chochmòth copher*, seu *Scientiae investigantis*.

3.° ANON. *Darchè akkabbalà, Viae cabbalisticae*, chart. rabb. 4.° min. sub fin. sec. xv.

Inedita singula. Scholia illa grammatica sunt et philologica. Liber חכמות חופר Wolfio reliquisque bibliographis ignotus, astronomicus est, et in IV partes vel sectiones divisus, in quarum prima agitur de sphaera, in 2.ª de decem ejusdem orbitis vel circulis, in 3.ª de ortu et occasu siderum, et mutatione dierum ac noctium, in 4.ª de revolutionibus ac progressu planetarum. In postremo opusculo seu diss., quae vix tres pagellas explet, estque et ipsa ignota, auctor cabbalistice explanat orationem quamdam, quae in titulo dicitur a synagogae magnae viris constituta.

COD. 1048

1.° ANONYMI *Expositio praeceptorum et precum*.

2.° ANON. *Mysterium azymi quod fit in paschate*.

3.° R. ELEAZARIS WORMATIENSIS *Seder tescuvà, Ordo poenitentiae*.

4.° ANON. *Liber Meuscàr*, seu *de hominis felicitate*, chart. rabb. 4.° min. sec. xv.

Primum opusculum est reliquis antiquius, sed ab initio mutilum, incertique proinde auctoris et tituli. Quae eo explanantur praecepta, xI sunt, et dicuntur radix vel fundamentum CCCXIII praeceptorum. Subjicitur expositio quarumdam precum. R. Eleazaris ordo poenitentiae sic ad calcem inscribitur, sub initium vero Ilcòth, seu Constitutionum nomine appellatur. Ignotum est et postremum opusculum, quod de vita feliciter ducenda agit et speciatim de servanda in cibo ac potu temperantia.

COD. 1049

1.° R. JEH. LEVITAE fil. Sabtaei *Minchàd jehudà, Oblatio Judae*.

2.° MISLÈ SANDABAR, *Parabolae Sandabaris*, chart. rabb. 4.° sec. xv.

De primo libro conferantur dicta ad cod. 473. Sed singularis est titulus, quo is in nostro cod. ornatur: » Li-

ber Zerach, dictus Minchad jehudà, cognominati hostis mulierum ». Postrema verba referenda ad Zerach virum a ducenda uxore alienissimum, sed a muliere illaqueatum, cujus hic historia traditur. Dissidia anni, quae hic occurrunt, ad illum codicem retulimus, nec aliud addimus, nisi ad calcem aliquanto pleniorem in hoc exemplari librum sisti, insertis vel suppletis nonnullis quae in illo desiderantur, nonnullis interdum mutatis.

Cod. 1050

1.° R. Immanuel fil. Salomonis *Mechabbered*, seu *Compositio VI*.

2.° R. Jechielis et Nathanaelis Tarabòth vel Trabòth *Carmina*.

3.° R. Esopaei *Kaaràd chèsef*, *Scutella argentea*.

4.° Anon. *Peninè melitzòth*, *Margaritae elegantiarum*.

5.° Anon. seu Aristotelis *Dissertatio de cognitione personae*, vel *vultus*, seu *physiognomia*.

6.° Ejusdem *Dissertatio de tuenda corporis valetudine*.

7.° *Dissertatio de virtutibus lapidum*, chart. rabb. 4.° min. sec. XV.

Immanuelis compositio desumpta est ex poeticis ejus Mechabberòth. Inedita sunt nec nota quae sequuntur, Tarabothorum carmina, quibus alterum adhuc addendum est R. Danielis ej. cognominis ac familiae, quod extat ad calc. moralis Esopaei libelli. Nathanael erat etiam diligentissimus et elegantissimus calligraphus, ut fidem facit pulcherrimus cod. meus 7, seu Pent. cum Targum ac variorum commentariis ad eo exaratus. Esopaei libello subjiciuntur quoque XIII articuli fidei carmine comprehensi, iidem articuli Maimonidis carmine et ipsi contenti, sed diverso, constitutiones mactandi breviores, et astronomica varia. Ineditus est etiam et ignotus liber Peninè melitzòth, cujus titulus non ex libri initio, quod deficit, eruitur, sed ex fine, ubi et octo versus leguntur, quos auctor effecisse dicitur in gratiam principis R. Machir. Oratione partim soluta, partim ligata is constat, varii argumenti, sed moralis plerumque, variique metri, argumentum ipsum praemittens, quod poeta epigrammate illustrat. Binae dissertationes, altera בהכרת הפרצוף *De cognitione faciei* vel *personae*, seu physiognomia, ubi diagnosticae proponuntur notae, altera בהנהגת הגוף *De regimine corporis*, vel sanitatis, quum utraque ad Alexandrum Macedonem directa sit, videntur procul dubio ex Aristotele depromptae et

ad eum pertinere, ac leguntur reapse inter Aristotelis opera ab Achillino latine edita Bononiae anno 1516. Aristoteli etiam tribuitur earum prima in cod. nostro 1237. Postrema de virtutibus lapidum inscribitur » Tractatus VIII de scientiis peculiaribus ac fundamentalibus statutis vel receptis, qui exponit virtutem lapidum pretiosorum ». Is ergo ex alio libro majori decerptus est hucque translatus, vel si mavis, ex ipsius Arist. libro sic inscripto, quem continet cod. 773.

Cod. 1051

Anonymi *Commentarius in Pentateuchum*, chart. rabb. 4.° min. sec. XV.

Cabbalisticus ac mutilus, incipiens a sec. לך לך et desinens ad sect. וארא.

Cod. 1052

R. Sal. ben Gavirol *Chèder malcùd*, chart. hisp. 4.° min. vel 8.° an. 1534.

Viridi rubroque colore distinguuntur initiales ac lineae libri postremae, quibus haec amanuensis verba subjecit: » Ego Simson Coèn scripsi hoc Cheder malcud in gratiam excell. principis siniora Ledesia uxoris sapientis, perfecti et egregii doctoris ac rabbini nostri, columnae captivitatis ariel, domini R. don Josephi Abrabanel, cujus anima colligata sit in fasciculo viventium, absolvique illud feria III die X mensis chislev an. 5295 ab O. C. ». Hic erat filius celeberrimi Isaaci Abrabanelis secundo loco genitus, de quo qui Abrabanelis vitam contexunt, Bartoloccius, Majus, Wolfius, ac recens Boissi, illud unum notant patris fata esse secutum, nec eum unquam deseruisse usque ad mortem, de ejus doctrina ac gradu, uxore, obitu silentes. Sub in. desunt nonnulla.

Cod. 1053

1.° Anonymi *Liber medicamentorum*.

2.° *Disser. de venenis* hebraice versa a R. Jacob Levita.

3.° *Excerpta ex* R. Isaaci Israelitae *Libro de febribus*, et ex Averroe.

4.° *Compendium libri Tzedàd aderachim*, seu *Viatici itinerum*.

5.° *Collectanea medica* ex variis auctoribus collecta, chart. rabb. 12. init. sec. XV.

Ea dissertatio de venenis dicitur in titulo directa ad medicum magistrum Gabteir, ad calcem vero ex latina lingua in heb. versa a medico R. Jacob Levita. Nihil de ea Wolfius, ut et de libro de febribus, qui integer extat in Bodlej. cod. 416, Isaaci Israelitae, et de compendio quod sequitur, libri צידת הדרכים

Achmet ben Abraham, cujus titulus eruitur ex ejus epigraphe fol. 244. Explicit compendium libri Tzedàd aderachìm, seu viatici itinerum cum sententiis aliorum medicorum ». Adsunt et superstitiosa, ut ea sunt quae leguntur fol. 260 ad dignoscendum num aegrotus vivat nec ne, de supputando die quo lecto procubuit et nomine, subtractoque hoc ex illo ex reliquis litteris omine faciendo.

COD. 1054

SIDDUR TEFILÒTH, seu *Ordo precum* cum *Cantico Exodi* ac *Psalmis* occurr., memb. rabb. in 8.° sec. XV.

COD. 1055

ORDO PRECUM cum *Cantico Exodi*, *Psalmis* occurr., et Saadiae *Confessione*, memb. rabb. 12. mutilus sec. XV.

COD. 1056

SIDDUR seu *Ordo precum* totius anni cum *Cantico* Exodi, *Psalmis* occurr., et *Pirkè avòth*, memb. rabb. 12. an. 1479.

Pulcherrimus, in quo praeter initiales varii coloris exilesque ornatus in titulo codicis, et ante Agadà binae enitent elegantes picturae auro minioque elaboratae. Ad calcem: » Finitum est opus sanctum, quod descripsi ego Ariè fil. R. Eliezeris Calpàn fel. m. pro domino Menachèm fil. Joab de Asculi, absolvique illud hic Cremonae feria VI die XXIII mensis scebat anno 239 min. supputationis ».

COD. 1057

ORDO PRECUM cum *Cantico* Exodi et *Psalmis* occurr., membr. rabb. in 12. min. sec. XV.

Rubro saepe atramento expressa sunt verba initialia, mutilusque est codex.

COD. 1058

SEDER CHADANÌM, *Ordo sponsorum*, *circumcisionis*, *aliorumque rituum* cum variis *Psalmis*, membr. rabb. in 12. sec. XV.

COD. 1059

R. JEDAJAE PENINÌ *Bechìnàd olàm*, *Examen mundi*.

2.° Ejusdem *Bakascà*, seu *Oratio*, *cujus omnes voces a mem incipiunt*, memb. rabb. in 16. sec. XV.

COD. 1060

SIDDUR seu *Ordo precum* cum *Cantico* Exodi ac *Psalmis* occurr., memb. ital. mutil. in 16. sec. XIV.

COD. 1061

TEFILÒTH CHIPPURÌM, seu *Preces diei expiationis* cum *scholiis* var. auctorum, memb. ital. 32. init. sec. XV.

Cod. 1062

R. Bechai *Chovàd allevavòth, Debitum cordium*. Accedunt ej. *Tochechà* et *Bakascà*, seu *Increpatio* et *Petitio ad Deum*, Gavirolii *Cheder malcùd*, et LXX *versus sacrae scripturae*, memb. rabb. in 32. sec. XIV.

Ad calc.: » Explicit liber hic quo continetur Chovàd allevavòth, Tochechà et Bakascà R. Bechai, nec non Cheder malcùd R. Sal et 70 versus, manu Salom. fil. Sabtai f. m. »

Cod. 1063

R. Mosis Kotzensis *Samàg*, seu *Liber magnus praeceptorum*, memb. rabb. nitid. in fol. maj. 2 col. an. 1445.

Post recensionem praeceptorum, et ante explanationem adfirmativorum haec leguntur: » Ego Isaac filius Nathanaëlis de Cornieto scripsi hunc librum praeceptorum magnum ... absolvique illum hic in Turri feria I die XXVIII mensis chislev anno 5206 ab O. C. ».

Cod. 1064

1.° R. Mosis Maimonidis *Morè nevochìm* ex heb. versione R. Sam. Tibbonidis et cum ej. *praefatione*, et *expositione dictionum peregrinarum et obscur. libri Morè*, memb. semirabb. in fol. maj. 2 col. seculi XIV.

Splendidissimus codex ornatusque sub initium elegantissimis miniaturis, quibus non modo flores, folia, sed et hominum atque animalium varii generis figurae designantur. Praecedit index capitum, occurruntque interdum ad marg. lectiones variae aliorum codicum.

Cod. 1065

Rekanati R. Menachem (de) *Commentarius in Pentateuchum*, chart. rabb. in fol. 2 col. an. 1468.

Ad calc. » Et fuit finis hujus comment. feria VI hebd. die XXVIII mensis scebath an. 5228 ab O. C. hic באׄכייו ». Adduntur sub finem excerpta ex libro Zohar.

Cod. 1066

Maimonidis R. Mosis *Jad chazakà*, seu *Comp. talmudici* Libri tres priores, *Madàh*, *Aavà*, *Zemanìm*, membr. rabb. in fol. 2 col. mutil. sec. XV.

Integra habebantur ex prima manu loca quae Jesum nostrum et nos respiciunt, variaeque aliorum codicum lectiones ad marg. interdum comparent.

Cod. 1067

Maimonidis Mosis *Morè nevochìm* ex versione et cum praef. R. Sam. aben Tibbòn, et ej. *Expositione* vocum *pe-*

regrinarum ej. libri, memb. hisp. in fol. 2 col. an. 1302.

Praestantissimus codex, in cujus exordio quaedam occurrunt geometricae demonstrationes magistri Leonis. Notae marginales vel pandunt varias lectiones aliorum codicum, vel textum illustrant. Sub finem libri Morè: » Absolvi versionem hujus libri mense tebeth anno 4965 ab O. C., ego Sam. filius Tibbòn, laus Deo viventi ». Folio vero sequenti haec scribae epigraphe legitur: » Ego Moses filius R. Josephi fil. R. Jeoseph scripsi librum hunc Morè, seu doctoris justitiae, absolvique mense nissan anno 62 creationis VI millenarii ».

Cod. 1068

R. Isaaci *Commentarius in Pent.*, seu *in Leviticum, Numeros ac Deuter.*, chart. rabb. in fol. sec. XV.

Auctorem Isaaci nomine insigniri ex ipso contextu colligitur, et ex prima ipsa sectione Vaikrà fol. 2 b: » Dicit Isaac postquam perveni ad hunc expositionis terminum vel locum etc. ». Quis autem is sit, incertum est, nec, facta collatione, congruit comm. cum ullo eorum qui hoc nomen praeseferunt. Nec ullus recentiorum interpretum producitur, contra saepissime vetusti medrascìm, ita ut videatur is antiquus, et ineditus. Qui et fusissimus est, nam commemorati tres Pent. libri integrum volumen occupant. Incipit Leviticus: » Vocavitque Mosem: dixerunt rabbini nostri fel. m. in Medras: Decem nominibus vocatus est Moses, sed ex iis omnibus nonnisi eo Deus benedictus eum appellavit, quod illi filia Pharaonis imposuerat ». Haec scripseram, quod evolvens Jachiae *Scalsceled* video memorari fol. 59 Isaacum quemdam Nassì, qui Medrasc seu allegoricum commentarium in Pent. sec. XIII circiter exeunte concinnaverit. Itaque conjicio nostrum hunc eum esse, frequensque ipse usus qui in eo fit, vetustorum medrascìm, egregie nostram hanc conjecturam confirmat. Ac forte idem uterque est cum Isacco Gaòn, cujus extat in Bodlejana arabicus comm. in *Pent.* V. Uri *Catal.* ad cod. 95, et *Bibl.* nostram *jud. scrip.* T. I p. 173.

Cod. 1069

Gersonidis R. Levi *Milchamòth ascèm, Bella Dei,* chart. rabbin. in fol. mutilus sec. XV.

Cod. 1070

1.° R. David Kimchì *Commentarius in Prophetas*

priores, seu *Josue*, *Judices*, *Samuel*, *Reges*.

2.° Ejusdem *Comment. in Prophetas posteriores*, *Isaiam*, *Jerem.*, *Ezech.*, ac *XII Minores*.

3.° R. Immanuelis *Scholia in Prophetas posteriores* ex inedito ejus *Commentario*, et aliorum rabbinorum, memb. rabb. in fol. an. 1380.

Pretiosissimus codex, non tam ob Kimchii contextum luculentum, accuratum, integrum variasque ejus lectiones et emendationes, quam ob scholia marginalia posteriorum Prophetarum ex editis et ineditis aliorum rabbinorum scriptis petita. Ad edita amandanda sunt, quae praeseferunt nomina Aben Ezrae, Jarchii, auctoris Pedàch devarai, Maimonidis, Nachmanidis, ac Kimchii ipsius ex libro radicum et Michlòl. Inedita sunt quae afferuntur ex R. Josepho Kimchio nostri patre, ex Malmad atalmidim, ex commentario Sabtaei de Ophida, ex Maamar seu dissert. in Genesim R. Scemariae, ex commentariis in Prophetas R. Immanuelis. Qui tres postremi commentarii non modo inediti habendi, sed et bibliographis omnibus hucusque ignotissimi. Ac duo quidem priores rarissime, atque una forte tantum vice producuntur, sed crebrae ac fusae sunt Immanuelis annotationes in Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, sine quibus nec nos ipsi, qui multum studium et operam in eruendis celebris hujus rabbini scriptis collocavimus, multaque possidemus, cognovissemus eum in Prophetas quoque fuisse commentatum.

Ad calcem comm. in Prophetas priores haec leguntur: » Absolutum porro est omne opus ministerii sancti, quod perfeci in codice hoc comment. prophetarum priorum ac posteriorum R. Davidis Kimchii per manus Sabtaei fil. Menachèm fil. Sabtai fel. m. fil. Jehudae Kanrotho feria V die II mensis quinti an 5140 a creatione mundi. Scripsi autem illum in gratiam R. Salomonis de Pisa ». Sub finem vero Malachiae ac libri dicitur » Completus commentarius XII Prophetarum opera Sabtai fil. Menachem in urbe Pisarum quae extat super litore fluminis. Die XVI tebeth initium factum est ab Ezechiele, et die XX adar absolutus est, scriptusque in grat. R Salomon. medici, vel Rophè ». Et infra: » Finitus est anno 140 minoris supp. ». Ex Kimchianis locis antichristianis nonnulla censoriam manum passa sunt et deleta vel abrasa, alia in-

tegerrima, ut Jerem. XLIX 6, ubi et nomen ipsum christianorum ac Jesu, quod pro altero התלוי seu crucifixi codex noster exhibet, intactum relictum est, omittens tamen damnansque ut spurium additamentum illud editionis Soncin. ac Pisaurensis, quod in binis codicibus a Pocockio allatis ac meis omnibus, ut et in antiquiore ac primaria editione sine anno et loco desideratur.

COD. 1071

R. MOSIS FIL. SALOM. DE SALERA *Comment.* ined. in Maimonidis *Morè nevochim,* chart. rabb. in 4.° sec. XV.

Congruit cum commentario, quem sistit cod. 106 ac propterea eundem habet auctorem. Ineditus quidem ac perrarus, sed hic valde mutilus, priorem tantum partem libri illustrans a cap. XII ad LXVIII. Solam etiam priorem, ut Biscionius adnotat, continet Mediceus, primam tamen ac secundam, seu integrum auctoris opus habes in altero nostro codice. Tertia enim, ut ad eum cod. animadvertimus, auctor non addidit, nec Isaias filius, ut perperam a Wolfio creditum est, supplevit.

COD. 1072

R. MOSIS NACHMANIDIS *Comm. in Pentateuchum.*

2.° Ej. *Liber de fide et spe.*

3.° Ejusdem *Comment. in Canticum cant.*, memb. rabb. in fol. an. 1387.

Comm. in Pent. est edito multo brevior, ejusque veluti compendium. Sub fin. Deut. dicitur » Absolutus et scriptus per manus Isaaci Baruch filii Samuelis filii sancti R. Chaiim fel. m. galli, qui nunc est hic Arimini, die XXIV mensis chislev an. 148 minoris aerae. Scripsi autem illum in gratiam amici mei carissimi et clar. Isaaci fil. Leon ». Sequitur liber האמונה והבטחון *fidei et spei* notus et editus, quem excipit ineditus nostri comm. in Canticum cant. De hoc commentario altum est apud Buxtorfium, Plantavitium, Hottingerum, Bartoloccium, le Longium, Serpilium, Wolfium, Sabtaeum, auctores *Korè adoròth*, et *Seder adoròth*, ac recentissimos bibliographos Nachmanidis scripta recensentes, Rodriguez de Castro in *Bibl. hisp.*, et Koecherum in Wolfii *Suppl.* silentium. Nihil etiam de eo prodiderat Azulai in suo *Scem aghedolim* Liburni an. 1774 edito. At vero in II parte ejus libri, quae postea prodiit an. 1786, fol. 52 b notat hic auctor se ms. vidisse commentarium in Canticum Nachmanidi attributum et in membranis exaratum, sed ex enu-

meratione 613 praeceptorum, quae ibidem fit diversa ab éa, quam in libro praeceptorum exhibet Nachmanides, dubium sibi enatum hujus auctoris non esse. Noster tamen codex, quem ipsissimum esse suspicor ab Azulai visum, nam Liburni emptus est, ubi is degit, non modo cum reliquis Nachmanidis scriptis eum conjungit, sed et aperte in titulo illi vindicat פירוש שיר השירים להרב הגדול רבינו משה בן נחמני ז״להה: *Commentarius Cantici canticorum doctoris magni* R. *Mosis filii Nachmanidis fel. mem.* Ejus est etiam stylus ac cabbalistica interpretandi ratio, qua utitur, quod Azulai ipse non dissimulat. Explicit liber commentario cabbal. in Ps. XXIX, hacque epigraphe: » Descriptus est totus hic codex R. Mosis Nachmanidis opera Isaaci Baruch fil. Samuelis fil. sancti R. Chaiim Galli fel. m. Pisaurensis, scripsique illum in gratiam praeceptoris mei aestimatissimi et docti R. Isaaci fil. R. Leon fel. m. hic Arimini ... Finitus est autem mense marchesvan anno 149 VI millenarii ».

Cod. 1073

R. Peretz fil. Isaaci liber מערכת האלהות *Maarèched ahelaùd, Ordo divinitatis* cum duobus *Comment.*, anonymo et R. Jehudae Chijat, et ined. *correctionibus*, chart. rabb. in fol. an. 1555.

Ad calcem: » Completumque est opus ministerii sancti commentarii Maarèched ahelaùd ... scripsi eum ego minimus in millibus Isaac Gallus fil. Abr. Galli, vel Tzorfadì de Constantia ... Anno 5315 a creatione mundi die V chislev in domo domini Mosis de Rekanati incepi illum vespere succoth et absolvi die V anni servitutum et angustiarum incubantium super semen Israel cujus Talmud an. 314 min. supp. concrematum est sub ditione Romana ob iniquitates nostras, modo vero recens edita est bulla altera super venditione fundorum et domorum, aliisque rebus in omni termino ditionis. Dominus mittat Messiam justitiam nostram, qui educat nos de tenebris ad lucem, et expandat tabernaculum pacis super nos, nosque introducat in terram nostram : sic fiat ». Descriptus ergo codex biennio ante quam Mantuae et Ferrariae ederetur. Antiquiora operis exempla sistunt codices 361 et 1163, comm. vero Chijat cod. 1225. Textus Maarèched ac prior comm. nonnisi usque ad X caput, ut titulus ipse monet, protrahitur, sed posterior Chijati integer et quidem

seorsim aliaque, ut videtur, manu subjicitur. Habet et hic fusam praefationem, qua caret cod. 361, in qua varios auctor casus enarrat, qui sibi ex lusitano esilio exeunti, variasque regiones et urbes peragranti acciderunt, et ut ex civitate Fessae Neapolim primo se recepit, deinde Venetias, postremo Mantuam, ubi R. Joseph Jabètz, profugus et ipse ex Hispania, aliique illustres viri eum rogarunt ut comm. hunc suum aggrederetur. Supplenda haec in Wolfio T. I p. 427, ut et nomen patris Jacobi ab eo ubique omissum, et aetas, patria, incolatus Josephi Jabetzi. Nec praetereundum est in hac praef. cum laude memorari libros Isaaci ben Lateph, vituperari quos Abraham Abulaphia in hanc rem composuit, commendari autem potissimum lectori cabbalisticis studiis vacanti librum Jetzirà R. Akibae attributum, librum Bahìr Nechoniae ben Kanà, Zoàr, libros Josephi Gecatiliae et Scem Tov legionensis, Sodòth seu Arcana Nachmanidis, opera R. Menachem Rekanati, denique nostrum Maarèched Chijati comm. illustratum.

COD. 1074

PROVERBIA cum *Comm.* R. Immanuel, membr. et chart. in fol. a col. sec. XV.

Textus char. quadr. germ. cum punctis, comm. rabbinico. Incipit ab expositione I versus, et explicit verbis: » Roboretur qui scribit et confirmetur qui legit in eo ». Unicus in *Schol. crit.* cap. x 7.

COD. 1075

R. DAVID KIMCHÌ *Liber scarascìm*, seu *radicum*, memb. rabb. in fol. an. 1385.

» Ego Samuel fil. R. Salomonis fel. m. scripsi hunc librum radicum ... et absolvi illum mense tamuz an. 145 vI millenarii », ut ad calc. Fol. vero seq. variae leguntur venditiones an. 159, 165, 187, Chr. 1399, 1405, 1427.

COD. 1076

R. MOSIS MAIMONIDIS *Morè nevochìm* ex versione Sam. aben Tibbon et cum ejus *praefatione*, et *expositione vocum peregrinarum* hujus *libri*. Accedit Charizii *Index locorum bibl. occurr. in libro Morè*, bombic. rabbin. in fol. sec. XIV, vel init. XV.

Praecedit index capitum, textumque comitantur notae marginales, quae vel varias produnt ejus lectiones, vel interpretis scholia. Extant et carmina nonnulla ad calcem libri in ejus laudem composita. Postremo folio dicitur venditus codex anno ab orbe condito 1229, a erae nostrae christianae 1469.

Cod. 1077

R. Menachem Rekanati *Commentarius in Pentateuchum*, membr. rabbin. in fol. 2 col. sec. xiv vel init. xv.

Occurrit ad calcem contractus venditionis, quo Meir et Scabtai fil. Sal. testantur se vendidisse codicem hunc cum aliis nonnullis feria vI die xvI mensis tamuz, seu v julii anni 231, Chr. 1471.

Cod. 1078

R. Dav. Kimchì *Liber scarascìm* seu *radicum*, chart. rabb. in fol. an. 1439.

» Absolutus feria vI die xxI scebbat an. 5199 ab orbe condito », ut legitur ad calc. chart. rabb. orientali.

Cod. 1079

R. Levi Gersonidis *Comm. in Pentat.* memb. nitidus semirabb. in folio sec. xv.

Ex contractu venditionis qui extat ad calc., patet venditum fuisse codicem an. 236, Christi 1476.

Cod. 1080

R. Abr. aben Ezrae *Commentarius in Pentateuchum*, membr. ital. in fol. 2 col. ante an. 1336.

Post consuetam epigr. *Roboretur et confirmetur scriba, nec damno afficiatur* ec. legitur contractus venditionis: » Testor ego Mardochaeus fil. Jehudae de Corio fel. m. sindaci universitatis . . . me vendidisse hunc Pent. Commentarium Abrah. aben Ezrae domino Biniaminò fil. Sal. de Camerino f. m. pretio binorum aureorum . . . Vendidi autem ei illum feria iI die xvI mensis tebeth anni 96 min. supp. »

Cod. 1081

Jeremiae Fragm. memb. germ. fol. 2 col. sec. xiiI.

A cap. xxv 19-24, xxviI 11-16, et xxxiI 26 ad xxxiiI 6, item xxxv 3 ad xxxvI 4. Rarum xxxiiI 5.

Cod. 1082

R. Sal. Jarchì *Commentarius in Pent.*, memb. semirabb. in folio 2 col. an. 1370.

Sub finem codicis: » Finitus est opera minimi Biniamini filii R. Isaaci fil. R. Jekuthielis fel. mem. in urbe Narniae feria iiI hebd. die xiiI mensis nissan an. 5130 ab orbe condito ».

Cod. 1083

Kimchì R. David *Liber Michlòl*, seu *Grammatica hebr.*, membr. rabb. in fol. min. sec. xiv.

Ad calcem: » Explicit pars grammatica », ad distinctionem libri radicum, qui est pars operis altera. In margine hic illic sparsae reperiuntur notae posterioris manus.

Cod. 1084

Aphtaroth, seu *propheticae Sectiones*, membr. hisp. in 4.° sec. xiv.

Desinit sectione Terumà ad verba I Reg. vI 7, continens primas xxI Aphtaras. Quarumdem tituli minio exarati, nec desunt rariores lectiones. V. I Reg. I 10 in sect. hujus loci.

Cod. 1085

Quinque Meghillòth, seu *sacra Volumina Ruth, Cantici canticorum, Threnorum, Ecclesiastis* et *Esther*, memb. hisp. in 4.° sec. xiv.

Initiales litterae majores, kerì rarissimum, maj. etiam litteris exarata epigr.: » Expliciunt v Meghillòth, laus et magnificentia ei qui terribilis est laudibus, amen. Roboretur scriba et laetetur lector ».

Cod. 1086

Anonymi *Arùch katzèr*, seu *Compendium Lexici talmudici* r. Nathan, membr. rabb. 4.° sec. xiv.

Diversum ab eo, quod CPoli primum an. 1516, deinde Cracoviae ac Pragae editum est, ut ex collatione constat. Plenius nostrum hoc est ubique, multisque sive vocibus, sive earum illustrationibus et exemplis refertum, quae in primaria illa editione, quae ad manus est, non comparent. Incipit a voc. אנצליא, desinit ad תם.

Cod. 1087

1.° Sandabar *Mislè*, seu *Proverbia*.

2.° Alexandri Macedonis *Mahassèh*, seu *Historia*.

3.° Anonymi *populorum Origo, characteres sapientiae, et celebriores academiae*.

4.° Anonymi *Jetziràd avalàd, De generatione foetus*, bomb. rabb. 4.° sec. xiv.

Proverbia Sandabar in nostro codice ad calcem pleniora sunt primaria ipsa editione CPolitana an. 1517. Explicit enim haec ad ea verba: » Dilige autem populum tuum, sicut diligis animam tuam ». Codex addit: » Fecitque sic. Vixit autem Sandabar annos centum et triginta et mortuus est, regnavitque filius regis pro eo, qui factus est sapientior omnibus sapientibus Indiae, et omnibus regibus orientis et occidentis ». Multa etiam habet in textu diversa. Nomen Sandabar melius ubique legitur in codice סינדבר *Sendabar*, additque titulus eum philosophum fuisse ac sapientem eximium ex doctoribus Indiae. Mendosa ea repetitio, quae in ipso libri exordio comparet in edito, in ms. deest. Pro Berihà, praedilecta uxore ac regina cum rege collo-

quente, ms. habet בידע Bedàh, idque constantissime. Ubi dicitur rex praecepisse ut ex sapientibus ad convivium invitatis primo mille deligerentur, dein ex mille centum, postremo ex centum soli septem, codex habet tantum, ut ex mille centum eligerentur, omisso primo illo numero. Septem sapientum nomina paullulum variant, ac praesertim pro Loknin, quod mendose procul dubio legit CPol. editio, habet Lokman. Ubi vero reliqui sapientes Sendabar redarguentes, qui se filium docturum intra sex menses subjecerat, in edito textu dicunt ei: » Cur non docuisti eum per hos novemdecim annos et dimidium, quibus fuit tecum »? Verius habet codex annos duodecim, nam totidem annis cum Sendabaro mansit, cui septennis datus fuerat instruendus. Ac paullo infra in responsione Sendabar, ubi legitur *in sapientia ejus,* ex contextu legi debet *in sapientia mea,* sicque habet codex. Quae sane demonstrant codicem nostrum, si integer excutiatur, plures egregias varias lectiones, editique textus emendationes suppeditaturum. Ubi tamen codex alter meus 194 ac CPol. editio in efferendo cel. hujus philosophi nomine modo Sendabar habet, modo Sendabad per d, ut et arabici codices, codex noster priorem illam lectionem constanter usurpat, quae et communior evasit. Sub eo autem nomine indum philosophum designari aperte adeo tum titulus ipse indicat, tum tota libri ratio, in quo is loquens introducitur, ut mirum sit ex verbis hebraici ms. a Wolfio relatis T. IV p. 934 male intellectis colligere potuisse Piquesium nomen Sendabar non scriptoris esse, sed loci, merito a doctissimo abate de Calusio reprehensum in praefat. ad Longi *Pastoralia,* ubi et alia multa notat de hoc libro lectu dignissima. Historia Alexandri incipit: » Philippus Alexandri Macedonis pater regnavit super Macedonia ac Graecia annis sex et in multitudine virtutis ac potentiae suae humiliavit, ac subjecit cunctos habitatores confinium, vel in circuitu suae ditionis ». Ea Ptolomaeo Lagi Aegypti regi tribuitur, et sub ejus nomine extat etiam in variis bibliothecis. V. Wolf. T. I p. 969, et Grodèkium in *Pseudonymis* apud Wolf. T. IV p. 1007. In nostro codice anonyma plane est. Quod sequitur opuscululum, incerti auctoris est, et ut videtur, ineditum. Postremum, incerti et ipsum auctoris et ineditum, quatuor constat capitibus, extatque etiam in Oppenheimeriana, teste

Wolfio T. II p. 1309. Extat et in cod. nostro 1240 alius ejusdem tituli et argumenti libellus, sed a nostro hoc diversissimus.

COD. 1088

R. BINIAMINI *Massà ghè chizajòn, Onus*, seu *Prophetia vallis visionis*, bomb. rabb. 4.° sec. XIV.

Moralis ac rythmicus libellus, Ripae Tridenti editus an. 1560. Auctor colligitur ex acrostico carmine sub finem subjecto, cujus initiales Biniamini nomen dant. Cujus autem cognominis vel familiae sit, ignoratur, ut in praefatione monet editor Jacobus Markaria, qui testatur nonnisi unum ms. libri exemplar ad suas manus devenisse, antiquissimum, et a tineis corrosum. Nostrum initio deficit.

COD. 1089

1.° R. JEHUDAE BAR NACHMAN *Alacòth ketzuvòth, Constitutiones precisae*, sive *Decisiones de vetito et licito*.

2.° SIDDÙR seu *Ordo sectionum Pent.* et *Prophetarum dierum festorum*.

3.° R. JACOBI FIL. ELIAE *Epistola ad fratrem Paulum*, bomb. rabb. 4.° sec. XIV.

Constitutiones illae, seu decisiones legales eaedem, mutato synonimo, sunt cum Alacòth pesakòth, quas describit Wolfius T. I p. 449 et 450. Frustra namque sub novo eo titulo in eo exquirentur. Inedita est et ignota Jacobi fil. Eliae epistola, ignotus et auctor, sed idem procul dubio cum eo, qui Ptolomaei librum Perì, seu Fructûs hebraice vertit, de quo infra ad cod. 1171. Apologetica ea est pro Talmude, nec ab amanuense absoluta; ante vero, et post alia manu flaviorique charactere ac rudiore sistitur ritus redemptionis filii.

COD. 1090

BEN SIRA' *Responsa ad* Nabucodonosoris *Quaesita*, bomb. rabb. 4.° sec. XIV.

Diversissima a Ben Sirae libello et alphabeto pervulgatissimo, quod exhibent ex nostris codicibus 473, et 541, saepeque editum est et in alias linguas translatum. Nostrum hoc opusculum sistit regis Nabucodonosoris quaestiones seu interrogationes Ben Sirae factas, et ejus responsa, quae et sententiarum vel apophtegmatum loco haberi debent. Initium deest, sed post priores XXII quaestiones haec subjicitur chaldaica epigr.: » Expliciunt XXII Quaesita, de quibus Nabucodonosor interrogavit Salomonem dictum Ben Sirà. » Et paullo infra: » Nabucodonosor fil. Salomonis interrogavit, seu petiit solutio-

nem horum quaesitorum a Salomone filio Jeremiae, qui cognominatur Ben Sirà ». Sequuntur xiI alia quaesita ab eodem rege eidem Ben Sirae facta, ad quorum calcem legitur: » Liber hic Mahassim, seu Historiarum, mei est Jehudae fil. R. Mosis fel. m. de Lublatzo ». Quae cum eodem charactere conscripta sint, quo liber ipse, dubium non est, quin fuerit et ipse Jehudas codicis scriba. Generico autem eo titulo appellatur ab eo liber, eo quod disputationis vel colloquii historiam contineat. Is ineditus est, nec Wolfio aliisque bibliographis, quos prae manibus habeo, notus, hocque notatu dignissimum, quod sub quaesito xxI tradit Ben Sirà, esse undecim viros, qui in eorum vita in paradisum translati sunt, et usque hodie vivunt, horum autem tres primos esse Enochum, Eliam et Messiam. Uniuscujusque autem rationem subdens, hanc Messiae dat: משיח לפי שהיה צדיק גמור עד אין קץ עד אין שיעור הוא סבל על עצמו עונותינו אנו חוטאין והוא סובל ואינו מחרף ולפיכך עתיד לשמוח בישראל בתחיית המתים. » Messias quia fuit justus infinite et supra omnem aestimationem perfectus. Ipse assumpsit super seipsum iniquitates nostras, nos peccamus, et ipse fert (peccata nostra) nec exprobrat, et idcirco laetificabit israel in resurrectione mortuorum ». Analoga haec sunt ac conformia iis quae tradunt Isaias cap. LIII et talmudistae in tract. Sahedrin. Vix monendum, ut multa sunt sub Ben Sirae nomine interpolata, verisque antiquis ejus sententiis addita, ita et totam hanc disputationem fuisse a judaeo aliquo, antiquo tamen, inventam illique attributam. Auctor tamen hebraici libelli Ben Sirà, qui nunc circumfertur, dicitur filius Jeremiae prophetae, noster hic Salomon filius Jeremiae Ben Sirà cognominatus, Salomonis nomine addito, novo plane et inaudito.

COD. 1091

KIMCHÌ R. DAVID *Liber scarascìm, seu radicum sive Lexicon hebraeo-biblicum*, membr. rabb. 4.° in. sec. XV.

COD. 1092

PROPHETAE POSTERIORES, seu *Isaias, Jeremias, Ezechiel,* ac *xII Minores,* memb. hisp. in 4.° 2 còl. sec. XIII ineuntis.

Pleraque Isaiae capita ubi litterae ob vetustatem evanuerant, superducto atramento rescripta sunt. Nullae majores litterae sub init. librorum, nulla masora, rarum kerì, liturae et emendationes ad masoram frequen-

tes, quae evincunt codicem, etsi hispanicum, ad amasoreticum fuisse descriptum, multisque variis lectionibus scatere ex prima manu, ac propterea maximi tum ob antiquitatem, tum ob conditionem, tum ob usum criticum esse faciendum. Deficiunt octo postremi Malachiae versus, desinens cap. III 16. Perraras hujus codicis lectiones *Scholia* nostra suppeditant Isai. XXXVIII 11, XLI 2, et Jer. XV 14, XLIX 5, LI 3, Oseae X 5, Amos IV 7. Est et unicus in iisdem *Scholiis* Jerem. I 4, IX 14, XIII 3, Amos VIII 5, Aggaei II 10, Zach. VII 2, fere unicus Jer. IX 6, Amos V 6.

Cod. 1093

1.° Job cum *Versione persica* versibus alternis.

2.° Threni Jeremiae cum eadem *Versione*.

3.° Anon. *Commentarius persicus in Threnos*.

4.° Anonymi *Historia* vel *Commemoratio martyrii septem filiorum machabaeorum cum matre* cum *Commentario persico*.

5.° Anon. *Medras persicum diei IX mensis av*, bombic. laevig. charact. quadr. heb. persico in 4.° sec. XV.

Unus sane ex pretiosioribus nostrae collectionis codicibus, quem Liburni nacti sumus ab hebraeo orientali. De ineditis ac rarissimis quae in eo delitescunt, versionibus et expositionibus persicis agemus infra inter codices hujus idiomatis. Hebraeus textus est cum punctis et accentibus. Singularis est quarumdam litterarum forma et inflexio quae hic comparet, qualis apud persas judaeos est in usu, potissimum lamed et pe, nonnullae vergunt plane ad formam rabbinicam, ut scin et tzade, ac lineola raphe supra litteras apposita plerumque curva conspicitur ac sursum protendens. Initiales nullae majusculae occurrunt, kerì ac chediv rarum, alicubi ineditum et insolitum, lectiones ipsae sacri textus interdum rariores ac singulares. V. *Scholia* nostra *critica* in Job XVI 13, XXIV 13 et XXXIV 14. Adsunt ad marg. notae varii generis grammaticae, criticae, exegeticae, medrascicae, transversim pro persarum more plerumque positae, in quibus et judaeorum interpretum expositiones producuntur, Targumi, R. Saadiae, R. Levi, R. Isaaci, R. Simeonis bar Abbà, Aben Ezrae, auctoris Mechabberòth, Salomonis, seu ut opinor, Jarchii. Illud vero singularissimum quod saepe affertur ad marg. פ׳ מצרי versio vel expositio aegyptiaca. Jobum

excipiunt Threni sub titulo קינות, cui antiqua europaei alicujus possessoris manu charactere evanido latinus superponitur *Lamentationes Jeremiae prophetae*. Ac illud observatione dignissimum quod incipit liber ab iis verbis *Spiritus autem Dei induit Zachariam* etc. quae leguntur II Paral. XXIV 20-22. Post hos tres versus inseritur v. 19 cáp. IX Jeremiae. Quae etsi in codice praemittantur oratione continua ut ad textum libri spectantia, dubitandum non est quin ab antiquo ullo scriptore addita sint ut Threnis opportuna ac prooemii veluti loco. Sequitur persicus Threnorum commentarius, eoque absoluto Historia vel commemoratio martyrii septem filiorum machabaeorum cum matre hebraice cum comm. persico, quae praecisa est, perbrevis ac metrica, nec aliunde congruit sive cum libro nostro machabaeorum, sive cum Josepho Flavio vel hebraico ejus compendio. Sistitur tandem persice Medras diei IX mensis av, quo jejunium occurrit destructi templi. Atque ut praecedens opusculum finierat auctor renovata fide et spe adventus Messiae filii David et Eliae, quam ex M lachiae verbis confirmat *Ecce ego mitto vobis Eliam* etc., sic et posterius desinit, producto pro Messiae expectatione celebri illo Zachariae oraculo cap. IX 9: » Exulta valde, filia Sion, clange, filia Jerusalem, ecce rex tuus veniet tibi justus et salvatus, ipse pauper et equitans super asinum et super pullum filium asinae «, additoque voto de reaedificatione Sion ac Jerusalem, et civitatum Juda in diebus ejus.

COD. 1094

1.° JOB cum *Commentario* R. Levi Gersonidis.

2.° LIBER JUDITH hebraice, memb. in 4.° sec. XV.

Textus litteris exaratus est quadratis italicis cum punctis, rabbinicis commentarius et liber Judithae, qui rarissime occurrit in mss. hebraeorum codicibus. Epigraphe, quae extat sub finem comm., qua dicitur is absolutus feria II die XXIII mensis tebeth anni 5086 sexti millenarii, de libri compositione intelligenda, non de descriptione codicis. Inter comm. et Judith quaedam occurrunt Gersonidis constitutiones, et rythmica inscriptio, quae dicitur reperta anno 80, Chr. 1320 super lapidem exculpta. Judithae librum hebraice hodie apud judaeos non extare perperam, ex Sabtaei potissimum silentio, autumabat Wolfius, quum primum *Bibliot.* suae

vol. edidit p. 459. Nam eum etiamnum superesse manu exaratum in cod. Oppenh. qui ספורי מעשים *Narrationes historiarum* inscribitur, deinceps didicit, testaturque vol. II p. 198, subdens tamen se, qualis versio illa sit et unde petita, non dicturum, quo ostendit se eam non vidisse. In Seligmaniano *Catal.* codex ille non comparet. Sed sub eodem fere titulo ספר ספור המעשים *Liber qui dicitur narratio historiarum,* edita est Mantuae in 8.° anno 485, Chr. 1725, trium opusculorum collectio, in qua prima ordine occurrit Historia Judith, deinde vero Volumen Antiochi et Historia Danielis, seu Beli et Draconis, quam hebraice extare frustra iterum negat Wolfius T. II p. 207. Eas mss. se reperisse, seu ex ms. edere notat in fronte Raphael Chaiim de Italia. Prima ergo haec habenda est editio, excepto tamen Antiochi volumine quod in CPol. Pent. an. 1505 et Neap. 1491 editum jam fuerat. Facta autem collatione editus Judithae liber cum latino nostro, paucis exceptis, conspirat, quod ostendit eum ex latino ipso exemplari fuisse petitum. At vero noster hic codex toto caelo discrepat. Incipit: תנו רבנן בימי מלכות יון הרשע׳ גזרו שמד על ישראל » Tradiderunt doctores nostri. In diebus impii regni graecorum decreverunt apostasiam super israel ». Inter varia quae praemittuntur, iniqua decreta et illud erat, quod nemo uxorem duceret, quin primum eam ad regem deferret, ut cum ea concumberet. Cui quum parere nollet ac dehonestari filia quaedam nobilis hasmonaei, stratis usque ad principis domum in honoris speciem thronis nuptialibus et insidiis, ad eum veniens ejus caput abscidit. Quod Holofernes intelligens, quem graecorum regem facit, bellum Hierosolymis indixit, quod avertere studens dux quidam, qui corrupto nomine dicitur Achlor pro Achior, ante urbis portas vivus suspenditur. Atque hic Judithae factum subjicitur, quae ut suos liberaret, virtutis plena ac fiduciae in Deum, seipsam periculo ac morti exponit, graecorum castra adit et Holofernem, eum verbis ac promissis blanditur, inebriatumque ac sopore demersum interficit, obtruncato capite, quod secum in urbem defert ac civibus coactis commonstrat. Breviter haec enarrantur sed confusis adeo, et immutatis sive facti circumstantiis, sive propriis ipsis virorum ac locorum nominibus, styloque adeo impuro

et ad sequiorum temporum consuetudinem expresso, ut non longe quaerenda sint corruptionis indicia, nullusque jam dubitare queat, num ex sacro nostro deuterocanonico libro sint hausta, aut quidpiam ejus fidei auctoritatique officiant. Ad calc. libri Judith antiquo charactere occurrit nomen possessoris Biniamini Nathanael filii Mardochaei, pagina vero versa, et codicis postrema, vestigia occurrunt evanidis litteris testimonii Jekuthielis, quo declarat se hujus libri mercedem accepisse a R. Mosè filio Mardochaei anno . . ק, seu centesimo . . . min. supp. Posterior aerae littera, seu numerus evanuit, ut certo annus figi nequeat conscripti, ut videtur, libri. Nam videtur ille Jekuthiel fuisse codicis scriba, et sermo esse de mercede descripti exempli. Illud unum ex ea inscriptione certo eruitur codicis aetatem praecedere annum 1439, et ad sec. XIV finem, vel init. XV esse amandandam. Ex suboscuris vestigiis videtur aera fuisse קלו, vel קסו, 136, vel 166, Ch. 1376, vel 1406.

Cod. 1095

R. Jehudae Levitae *Liber Cuzarì* ex heb. vers. R. Jehudae ben Tibbòn, memb. ital. in 4.° a col. in. sec. XV.

Praemittuntur libri argumenta, quae in aliis codicibus et editionibus desiderantur, nec non Jehudae ben Kardanielis, primi hujus libri interpretis praef. quam integram dedimus ad cod. 625. Sequitur Levitae textus non ex versione illa ben Kardanielis, sed ex altera Tibbonidis judaeis probatiore, quamquam interdum illam feliciorem fuisse exemplo producto R. Azarias de Rubeis et Buxtorfius probaverint, ut ad eum codicem animadvertimus. Primum tamen versionis folium deficit. Ad calcem haec leguntur: » Hunc librum Cuzar arabice concinnavit sapiens celebris, pater omnium poetarum, et princeps oratorum R. Judas Levita hispanus, illumque in linguam sanctam convertit doctus medicus R. Judas aben Tibbòn fil. R. Saul fel. m. Granatensis hispaniarum in arce Lunel. Absolutus porro est an. 931 ab orbe condito (Ch. 1171) divisusque in V tractatus. Deus dignos nos faciat perscrutandi ejus arcana, et intelligendi ejus mirabilia, sicut scriptum est: Revela oculos meos, et videbo mirabilia legis tuae, amen amen ». Nota observatione dignissima ob annum, quem pandit, et aetatem absolutae versionis ab ea diversam,

quam editiones constituunt. Fanensis enim ac Veneta prima, quae ad manus sunt, notant in fronte absolutam fuisse an. 927, Chr. 1167.

COD. 1096

MAIMONIDIS R. MOSIS *More nevochìm, Doctor perplexorum* ex heb. versione Sam. Tibbonidis, membran. rabb. nitidus in 4.° sec. XV.

Praecedit index locorum omnium sacrae scripturae, quae in Morè afferuntur, qui in multis codicibus desideratur, anonymus is quidem, sed quem ex Charizii versione retentum esse observavimus ad cod. 514. Incipit opus a Tibbonidis praef. elegantique ornatu varii coloris. Saepe ad marg. variae aliorum cod. lectiones, emendationes, notae occurrunt, quae pretiosum nostrum hoc apographum reddunt.

COD. 1097

R. DAVID KIMCHÌ *Commentarius in Psalmos,* chart. rabb. in 4.° min. an. 1415.

Epigraphe ad calc. libri: » Ego Sal. fil. Jacobi, quem Deus servet, scripsi hunc Kimchii Comm. in Psalmos in gratiam Danielis fil. Isaiae absolvique illum feria V die XIV mensis sivan anno 5175 ». Numerantur psalmi 149, abrasaque sunt loca christianis opposita.

COD. 1098

1.° ANONYMI *Scholia in Pentateuchum.*

2.° COLLECTANEA *varii argumenti.*

3.° R. SCIMSON *Comm. in Pentateuchum,* bomb. rabb. in 4.° sec. XIV.

Idem profecto est hinc comm. R. Scimson, quem allegat Lonzanus in *Or torà* p. 3, contenditque ejus filio potius tribuendum ex Exod. XXIV 14. Quem locum, cum mutilus sit codex nec integram exhibeat sect. Mispatìm, examinare nequeo, et expendere, num ab eo allata verba legantur. Vide ea apud Wolf. T. I p. 1151. Titulus aperte illi adjudicat: *Incipiam scribere commentarium rabbenu Scimson f. m.* De eo Wolfius T. I p. 1151, conjiciens eundem esse cum eo, cujus Gematriòth, seu cabbalisticae expositiones variorum Pent. locorum insertae sunt commentario Mardochaei Coèn, qui dicitur Siphtè coèn.

COD. 1099

ANONYMI *Commentarius in Pentat.,* chart. rabb. in 4.° sec. XIV, vel init. XV.

Unum vel alterum folium sub initium deficit. Brevis et ut videtur, ineditus est commentarius, saepeque in eo affertur Jarchius, et iden-

tidem Nachmanides, quod ostendit ab auctore, qui post eos vixerit, esse profectum.

COD. 1100

R. JACOB ANTOLI *Malmàd atalmidìm, Stimulus discipulorum,* seu *Comm. philosophicus in Pent.,* vel *Genesim,* praemissa praefat. fusa ac concionibus quibusdam, membr. et bombic. rabbin. in 4.° min. sec. XIV.

Quamquam integerrimus sit codex, tamen solum comment. in Genesim complectitur, quia eum solum descripsit scriba, quem ex init. verborum litteris constat fuisse quemdam Joabum. Aliunde vero fusa in hoc codice praemittitur praefatio, ac sermones quidam in legem ac decalogum, qui in aliis codicibus omittuntur, nec apparent in nostro 92, qui integrum continet Antolianum comm. in Pentat.. Ex nostri hujus praef. patet operis auctorem non esse Jacobum ben Machir, ut nonnulli constituunt, sed Jacobum Antoli, ut aliis placet. Patet et Malmàd rectius efferendum esse libri titulum, ut ad eundem cod. 92 animadvertimus. Ad calcem: » Explicit sectio *Et vixit Jacob*, totusque Genesis liber. Laus Deo qui nullum habet principium et finem. Hucusque adjuvit me Dominus, modo vero amovet manum meam ». Subditur nomen vetusti possessoris Mardochaei filii Joab.

COD. 1101

R. DAVID KIMCHÌ *Liber scarascìm,* seu *radicum,* membr. et chart. rabbin. in 4.° minori an. 1322.

Notae marginales in lectorum commodum sistunt scripturarum loca, unde Kimchì exempla desumpta sunt. Sub finem haec leguntur: » Ego Samuel filius R. Meir fel. m. דקונקייש de Konkies scripsi hunc librum radicum pro me hic זולוטר, absolvique illum feria I sect. להעלות נר תמיד an. 82 min. supp. »

COD. 1102

ANONYMI *Marèh makòm,* seu *Index talmudicus locorum sacrae Scripturae,* chart. rabb. in 4.° an. 1531.

Ad calcem vocatur liber Agadòth atalmùd, seu Historiae talmudicae, et dicuntur absolutae die XXIX mensis tamuz anni 5291 ab orbe condito. Sed tres postremae paginae recentiori calamo sunt conscriptae, et paullo antiquior videtur codex.

COD. 1103

R. LEVI GERSONIDIS *Commentarius in Esther,* chart. rabb. in 4.° min. sec. XV.

Desunt in praefatione et ad calcem nonnulla.

Cod. 1104

Machazòr cum *Threnis* et *Constitutionibus*, chart. rabb. in 4.° min. sec. xv.

In libro Threnorum qui extat sub init. codicis, singulares ac rarae occurrunt variae lectiones, ut cap. III 20, III 21, IV 2, IV 20. Silent ubique codices Kennicottiani.

Cod. 1105

R. Jehudae Levitae *Liber Cuzarì*, memb. et chart. rabb. in 4.° min. an. 1521.

» Ego minimus Judas fil. Sal. familiae Orneir scripsi pro me ipso hunc librum Cuzàr, quem composuit sapiens R. Jehudà Levita, cujus anima colligata sit in fasciculo viventium, versum ex lingua arabica in hebr., absolvique illum hic in arce לאשמיטאמיש Venetae editionis hodie die IV mensis ab anni 281 min. supp. VI millenarii ». Haec postrema codicis pag. leguntur. Quamquam porro recentior sit codicis aetas, is tamen ex ms. descriptus est, pluresque sistit variationes ab edito, eoque pretiosior habendus, quod variae hae lectiones perpetuo ad marg. notantur, a R. Isaaco Askoli diligenter collectae una cum crebris scholiis auctoris textum explanantibus. Extant sub initium non modo libri argumenta, sed et R. Jehudae filii Kardanielis primi interpretis praefatio, ut monuimus ad cod. 625, licet textus, qui sequitur, ex usitatiore altera Tibbonidis versione sit retentus.

Cod. 1106

Aphtaròth Pesach, seu *Lectiones propheticae paschatis*, memb. ital. in 4.° ineuntis sec. XIV.

Lectio Habacuci est cum Targum versibus alternis, atque in. litterae majusculae rubroque ornatu circumseptae.

Cod. 1107

1.° Agadà cum *Ps.* occurr.

2.° Pentateuchi *Sectiones nonnullae* hebr., et chald. membr. hisp. in 4.° sec. XIII.

Cum figuris ac miniaturis, ac singularis ob Targum ineditum in Pent., seu quod ab edito valde discrepat, et tertium quoddam est ex Onkeloso ac hierosolym. mixtum.

Cod. 1108

1.° R. Mosis Nachmanidis *Commentarius in Pentat.*, partim integer, partim abbreviatus.

2.° R. Scem Tov fil. Abr. *Chèder scem tov*, *Corona nominis boni*, seu *Comm. in Nachmanidem in Pentateuch.*

3.° R. Nathanis fil. Samuelis Rophè, seu Medici *Epitome comm. in Pentateuchum*, dictum *Mivchàr amaamarim*.

4° R. MENACHEM discipuli R. Eleazaris Wormatiensis *Commentarius cabbal. x sephiroth*, membr. rabbin. in 4. min. an. 1456.

Integer in IV priores Genesis sectiones extat Nachmanidis comm., deinceps abbreviatus. Quod et ad hunc locum monet amanuensis, ad id necessitate coactus, et ex apographi quod describebat, defectu, in quo integri nihil aliud habebatur. De R. Scem Tov comm. in Nachmanidem conferantur quae fuse adnotavimus ad cod. 508. Explicit is seq. epigraphe: » Absolutum porro est opus ministerii sancti opera minimi Betzalel filii Baruch, et complevi illud hodie feria VI, quinta die mensis tisri an. 5217 ». Quod suum nomen initialibus linearum litteris jam sub init. sect. Geneseos indicaverat scriba. Nathanis epitome idem profecto est cum eo, quod commemorat Masius in indice judaicorum scriptorum Comm. in Josuam addito, et ex Masio Wolfius T. I p. 920, idemque auctor cum Nathane filio Samuelis, quem ineditum et ignotum, sed fusiorem alium Pentat. comm. scripsisse sub titulo *Ziccaron tov*, cujus et noster hic codex meminit, paullo infra videbimus ad cod. 1140. Eum Rophè seu medici nomine appellari ex nostro codice discimus. Postremum opusculum videbatur prima fronte esse Menachemi de Rekanati, cel. cabbalistae, cujus tract. de x sephiròth profert Wolfius T. III p. 700; sed noster codex non congruit cum descriptione, quam idem Wolfius suppeditat.

COD. 1109

LEXICON BIBLICUM *hebraeo-italicum*, chart. rabb. in 4.° an. 1612.

Percurruntur singuli libri eorumque capita, ac singula sacra verba cum italica interpretatione sistuntur, ut fit in lexico R. Leonis Mutinensis, quod Ghelùd jehudà inscripsit, et hoc ipso anno primum Venetiis edidit. At vero hoc nostrum est multo plenius, et italica versio exprimitur litteris rabbinicis. Ad calc. Esther legitur: » Hodie fer. III vespere scevuòth שעב, seu 372, per manum minimi Ezechiae Seba ».

COD. 1110

R. SAETAI CHAIIM MARINI שירי החליפות seu *Hebraica Versio metrica* Anguillarae *Versionis* Ovidii *Metamorph.* cum textu italico, chart. rab. in 4.° autographus.

Erat auctor medicus et rabbinus Patavii, ubi decessit circa an. 1740. Ipsissimum esse auctoris autographum constat ex collatione plurium ejus

epistolarum ac potissimum unius die IX martii an. 1734 datae ad Isaacum Lampronti, rabbinum ac medicum Ferrariensem, quae modo servatur Florentiae apud doctorem Cesarem Lampronti, ejus filium, qui humanissime codicem hunc dono mihi dedit. Patet etiam amplissime tum ex crebris primi auctoris correctionibus, tum ex primo operis folio speciminis gratia ab eo typis jam commisso et ad codicis calcem adnexo, quod illius consilium prodit hoc poema vulgandi hebraice et italice, si diu fuisset superstes.

Cod. 1111

Kimchì R. David *Commentarius in Psalmos*, bomb. rabbin. in 4.° sec. XIII exeuntis.

Antiquus sane codex, in oriente, ut videtur, exaratus, qui integra exhibet Kimchii loca christianis opposita, intactumque potissimum ejus comm. in Psal. II, in quo solum Jesu nomen alicujus judaei manu est deletum. Rari enim sunt codices, qui eum non habeant vel abrasum, vel obliteratum. Ad calcem contractus occurrit venditionis codicis factae a R. Jekutiel fil. Bin. R. Abr. Rophe filio Jeh.

Cod. 1112

Pentateuchus cum *Aphtaròth* et *V Meghillòth*, membr. ital. in 4.° minori, vel 8.° maj. 2 col. sub fin. sec. XIII, vel init. XIV.

Praecedit separato folio titulus ornatus, ac miniatus quo aureis litteris exhibetur vox berescith. Consimiles tituli praemittuntur ceteris libris. Initiales litterae majores in Aphtaroth et Meghilloth rubrae, rubri et tituli proph. sectionum. Masora nulla, nullum kerì, sed hic illic marginales vel textuales emendationes occurrunt, quae evincunt sacrum textum ex amasorethico codice fuisse descriptum. Quod et collatio ipsa confirmat in *Schol.* nostris instituta. Rariores discrepantias vide Exod. XXIX 42, XXXI 14, Num. XIII 22.

Cod. 1113

Pentateuchus cum *Masora*, membr. hisp. in 4.° min. 2 col. an. 1256.

Pretiosus, antiquus, et accuratissimus codex, vulgo entek seu typus ad conscribenda et emendanda publica synagogarum volumina, ut fuse monet ipse scriba in pag. quae Genesim antecedit. Praemittuntur minori charactere ac tribus columnis sedarim seu divisiones, vel sectiones cujuslibet libri, numeri versuum, et pausae. Litterae initiales ceteris sunt aequales pro more librorum hisp., ad marg. extat masora parva

seu textualis, supra et infra masora magna, sed abbreviata, aliquando variae aliorum codicum lectiones indigitantur, ad calcem Deut. et codicis sistuntur variationes locorum parallelorum Scripturae, easque sequens excipit epigraphe: » Ego Elisàh filius Samuelis scripsi hos quinque libros legis, opitulante Deo maximo ac terribili, in mei gratiam. Deus dignum faciat me meditandi in eo (libro), et discendi, et docendi, et custodiendi, et faciendi, scripsique eum in urbe Toleti, et correxi illum coram scribis doctioribus qui in ea sunt, et ex codicibus accuratissimis, quos ii correxerunt ex masorae libro quem composuit super defectivo ac pleno sapiens celeberrimus, princeps insignis, gaon, seu excellens doctor noster, dux divinus in medio nostri, doctor magnus, rabbinus noster Meir Levita, cujus anima colligata sit in fasciculo viventium, cujus libri nomen vocavit *Masored sejàg letorà*, *Masora sepes legis*, absolvique illum mense sivan anno 5016 a creatione mundi. Salus appropinquet, amen sela ». In selectis locis Senis conferendum olim curaverat Kenn. sub n.° 426.

Cod. 1114

Pentateuchus cum *Targum*, *Masora* et *Aphtaroth*, membr. rabb. hisp. 4.° min. 2 col. sub fin. sec. XIII, vel init. XIV.

Incipit Gen. XI 1. Supra et infra paginas extat Targum, sub initium librorum et sectionum occurrunt ornatus varii coloris, in Aphtaris initiales litterae majusculae, sed in Pent. minores pro more codicum hisp. Codex perrarus in *Scholiis* Jeremiae XXVII 4.

Cod. 1115

Ordo precum cum *Pirkè avòth* et *Psalmis* occurr., membr. semirabb. in 12. majori anno 1407.

Ad calc. » Absolutusque est feria VI sub init. mensis jiar anni 167 min. supp. ». Inter preces leguntur Eliae et Gavirolii Azaròth, Tachanunìm Jeh. Levitae, Salomonis Tarvisini, et ej. Gavirolii, Confessio Saadiae. R. Salom. de Tarvisio nulla in Wolfio vestigia.

Cod. 1116

Ordo *sabbathi et paschatis* cum nonnullis *Psalmis*, memb. rabb. in 12. sub init. mutilus sec. XV.

Cod. 1117

Ordo precum cum integro *Psalterio* supra et infra paginas, et *Pizmonìm*, memb. rabb. in 12. sub fin. sec. XIII vel ineuntis XIV.

Cum miniaturis. Quod in superiori et inferiori margine occurrit integrum Psalterium, litteris constat minutis rabbinicis hispan. cum punctis, saepe initialia verba rubro atramento exarantur, clauditurque codex figura candelabri. Plenior et aperte, ut in cod. 975, hic servatur precatio contra apostatas, plures vero occurrunt inter preces sacrosque hymnos, qui auctorum nomen in fronte praeseferunt, ut techinà Zerachiae Levitae, aliae Judae Levitae et R. Nathàn, carmen R. Josephi Kimchì super lectione Esther, ineditum et ignotissimum, Aben Ezrae aliud ej. argumenti, ac tertium Isaaci ben Ghiàt, pizmonìm seu hymni varii Isaaci Levitae, Isaaci ben Ghiàt, R. Kalonymi, seder seu ordo Aben Ezrae, et Gavirolii paraeneses. Extat autem inter anonymos et hymnus Jehudae Levitae Mì camòcha. Unicus in *Scholiis* Psal. II, rarus Ps. XXXIV 6, LXXVII 3.

Cod. 1118

Ordo precum totius anni cum *Psalmis* occurr. et *Cantico* Mosis, membr. ital. in 12. anni 1488.

Sub finem codicis: » Laus sit Deo vivo, quod absolverim hunc ordinem, perfectum in partibus suis, ego Abraham Peritzol hic Ferrariae in chanuchà, seu dedicatione an. 248 in gratiam cl. R. Michael fil. R. Biniamini egregii medici ». Brevior altera epigraphe legitur ante jotzèr sabbathi berescith, in qua idem scribae et urbis nomen legitur, idemque annus, inter preces vero occurrunt consuetae Eliae paraeneses, Aben Ezrae piut אעירה, et Saadiae confessio.

Cod. 1119

Psalterium, memb. ital. in 12. seculi XV.

Nullae litterae initiales majusculae, rarum kerì, nonnullique psalmi, qui in hodierno textu sejunguntur, simul connexi, ut eorum summa ad calc. sit tantum CXLVI.

Cod. 1120

Pentateuchus cum *Aphtaròth*, seu *propheticis Lectionibus*, memb. ital. in 12. IV voll. ineuntis sec. XIV.

Forte etiam exeuntis XIII. Initiales librorum litterae majusculae et aureae, kerì nullum, nulla masorae vestigia, amasorethicae lectiones non paucae, etiam singulares, unicus etiam in *Scholiis* Gen. L 24. Ad calc. dicitur venditus a Chaiim fil. Menachem Taraboth Mosi fil. Samuelis, feria I die VII mensis marchesvan an. 249 min. supp., Chr. 1488.

COD. 1121

ORDO PRECUM ital. cum *Cant.* Mosis ac *Psal.* occurr. membr. hisp. in 12. sec. XV.

COD. 1122

1.° ANONYMI *Liber praeceptorum*.

2.° R. SAL. GAVIROL *Cheder malcùd, Corona regni*.

3.° R. ABEN EZRAE *Arugàd ammezimà, Area cogitationis*, et *Pardès chochmà, Paradisus sapientiae*.

4.° MAIMONIDIS *Tredecim articuli fidei*.

5.° ANONYMI *Tractatus astronom. lunationum*, memb. rabb. in 12. sec. XV.

Libro praeceptorum subjicitur index psalmorum, in quo exhibetur initium et finis psalmi cujuslibet, et numerantur 149. Aben Ezrae libellus, quamvis duplici titulo insigniatur, ex eoque binos diversos bibliographi efficiant, unus idemque est tum in nostro hoc codice, tum in 1227 et 213, ad quem dicta conferantur, ubi et alium Wolfii errorem redarguimus, eum ad grammatica auctoris nostri opera amandatis, ac si de litterarum pronunciatione ageret, quum philosophicus is sit, agatque de anima. Qui sequuntur anonymi fidei articuli, ii collatione facta Maimonidis sunt, ab editis tamen saepe diversi.

COD. 1123

PSALTERIUM, memb. rabb. in 12. sub init. sec. XIV.

Numerat psalmos 149, explicitque verbis: » Benedictus Dominus, quia audivit vocem deprecationis meae. Ad gloriam tuam, Domine! »

COD. 1124

ORDO *benedictionum* ac *precum* cum *Psal.* occ., memb. rabb. in 16. sec. XV.

Occurrit inter preces fusa Gavirolii oratio, pag. vero postrema bis an. 242, Ch. 1482.

COD. 1125

1.° R. JEDAJ. PENINÌ seu SAL. GAVIROL *Mivchàr appeninìm, Delectus margaritarum*.

2.° Ejusd. *Bechinàd olàm, Probatio mundi*.

3.° Ejusdem *Bakascà, Precatio ad Deum*.

4.° R. ESOPAEI *Kaaràd chesef, Scutella argentea*, memb. rabbin. in 32. init. sec. XV.

Hoc singulare in Mivchàr appeninìm, quod sectiones alphabetico ordine ut in alio nostro 371, disponuntur, secus ac in edito. Quod idem fieri in ms. suo exemplo notat Wolfius T. III p. 289. Ad calc. hujus libri extat nomen scriptoris Davidis minimi, et sub fin. Bechinad recte auctor, utpote Barcinone oriundus, unus ex sapientibus Catalanis appellatur.

COD. 1126

PSALTERIUM cum *V Meghillòth*, seu *Ruth*, *Cantico canticor.*, *Ecclesiaste*, *Threnis* et *Esther*, membr. rabb. in 16. anni 1407.

Epigraphe: » Absolutum porro est opus sanctum, quod descripsi ego Sabtaeus fil. R. Menachem Emmanuelis, scripsique illud hic Perusiae die XIII mensis marchesvan anni 168 ». Initia psalm. saepe distinguuntur orn. varii coloris.

COD. 1127

PSALTERIUM, memb. rabb. in 32. sec. XIV.

Incipit Psal. LXXXIV.

COD. 1128

PSALTERIUM, memb. ital. in 32. an. 1534.

Ad calcem: » Hodie an. 5294 mense nissan absolvi ego Samuel Gallus hoc Psalterium in gratiam Mosis Telio ». Verum postremum nomen super ras. rescriptum.

COD. 1129

ORDO PRECUM cum *Cant. Mosis* et *Psalmis* occ., memb. rabb. 32. an. 1479.

Miniatus titulus. Habet etiam ordinem circumcisionis, redemptionis filii, sponsorum, et alia. Ad calc. » Absolutus est manu Abr. Peritzol die V mensis scebbat an. 239 hic Ferrariae ».

COD. 1130

R. NATHAN ARUCH, seu *Lexicon talmudicum*, memb. german. in folio 2 columnis sec. XIII.

Complectitur vol. II, ac desinit sub fin. voc. שלש, multaque exhibet ab edito textu diversa.

COD. 1131

1.° ANONYMI *Liber minaghìm*, seu *rituum judaicorum*.

2.° R. ISAACI DURENSIS *Liber liciti et illiciti*.

3.° ANONYMI *Constitutiones domus Aaron*.

4.° ANONYMI *Constitutiones vetiti et liciti*.

5.° R. MEIR *Likutìm*, seu *Collectanea de variis ritibus*, memb. germ. in fol. 2 col. sub fin. sec. XIV.

Ineditus videtur lib. מנהגים seu rituum, quem noster codex sistit, quaeque sub n.° 3 referuntur, הלכות ב״א אהרן, a Wolfio nullibi memorantur. Collectanea n.° 5 hunc praeseferunt titulum: » Incipiam scribere collectanea praeceptoris mei R. Meir fel. mem. » videnturque esse Meir Rothenburgensis, nisi malis ad Meir ben Baruch referre, cujus opus de ritibus festorum ut extans ms. in Vaticana profert Bartoloccius et Wolfius T. I p. 746. Quem et eundem esse cum Rothenburgensi multi autumant.

Cod. 1132

Jeremiae Fragmentum membr. germ. in fol. 2 col. sec. xiv.

Constat sex foliis, continetque cap. iI 32 ad xI 5. Ex crebris variationibus colligitur ex amasorethico codice fuisse descriptum, et quidem a quodam Jacobo, ut patet ex corona, qua nomen istud ornavit c. v 20. Unicum in *Scholiis* Jer. iI 34, rarum vI 28.

Cod. 1133

R. Jehudae Chasid fil. r. Samuelis *Liber chasidim* seu *piorum*, memb. semirabb. in fol. 2 col. sec. xiiI.

Vetustum apographum quod ab edito interdum dissidet suaque habet additamenta, libri moralis magnae inter judaeos existimationis magnique usus.

Cod. 1134

R. Mosis Maimonidis *Jad chazakà*, seu *Compendium talmudicum*, membr. in fol. semirabb. 2 col. an. 1389.

Est pars iiI et iv illius operis, habetque postremo folio haec verba: » Finitum porro est opus sanctum, quod feci ego Abraham fil. Mosis fel. mem. in his octo postremis operis libris nocte feriae I, die xviiI mensis adar I, anno 5149 ab O. C. in urbe ducatus Assisiorum, descripsique illud in gratiam Sabtaei fil. Matathiae ». Insignis ac celebris de Jesu nostro locus, qui ad calcem occurrit, seu cap. xI tract. Melachim, et integer primo habebatur, deinde abrasus, tertia modo manu restitutus conspicitur. Integerrimum, nec ulla correctione aut seriore manu mutatum, habes ad cod. 626.

Cod. 1135

Pentateuchus cum *Targum*, et duplici *Commentario*, r. Sal. Jarchì et r. Mosis Nachmanidis, memb. semirabb. in fol. an. 1419.

Medium locum occupat textus, interiorem marginem chald. paraphrasis Onkelosi, exteriorem Jarchii commentarius. Quod ad Nachmanidis commentarium spectat, is paullo recentiori manu superadditus est, partim sub codicis initium, partim eo decurrente, ubi spatium suppetebat. Sacer textus etsi punctis et accentibus fulciatur, typi locum gerit ad publica synagogarum volumina describenda. Hinc consentaneis notis criticis verba, et sectiones, suisque coronulis litterae ornantur, pe contortum pro more germanorum, initiales librorum litterae minusculae, kerì nullum. Sub exordium tamen librorum majoribus litteris eorum ordo indigitatur. Sub

finem comm. Jarchiani bini occurrunt circuli scriptoris epigraphem comprehendentes, in quorum primo haec leguntur: » Jam vero absolutum est opus ministerii sancti, quod feci ego Jechiel Chaiim fil. Joab fel. mem. ex familia Bethel hic in urbe Salmonae anno 5179 a creatione. Scripsique illud in gratiam cl. Abrahami fil. Salom. ex familia anavim seu humilium ». Subditur epigramma 14 versuum, in quo liber loquens introducitur, et Pentateuchus הנעתק, seu *typi* titulo cohonestatur. Est Kenn. 427 Senis olim in sel. locis collatus.

COD. 1136

R. DAV. KIMCHÌ *Commentarius in Psalmos*, membr. rabbin. in 4.° sec. XIV.

Antichristiana loca primum abrasa posteriori manu ac recentiori sunt rescripta, ad calcem vero seriori charactere occurrit expositio peregrinarum vocum in Pent., sicli et tabernaculi.

COD. 1137

R. SIMEONIS BEN JOCHAI *Zòar, Liber splendoris*, seu *cabbalisticus Comm. in Genesim*, bomb. rabbinic. in 4.° sec. XV.

Titulus: הזהר המופלא מדרש הנעלם מספר בראשית בשם ה׳ אמן » Zòar, liber mirificus, reconditus commentarius Geneseos. In nomine Domini, amen ». Liber celeberrimus pluriesque editus, de quo plura diximus in *Dict. hist. jud. auct.* T. II p. 130. Ut auctor habetur tamquam princeps cabbalistarum, sic et liber, tamquam primarius hujus scientiae fons, unde reliqui omnes hausti, summaeque apud judaeos auctoritatis. De libris cabbalisticis, quorum meditationi se totum devoverat, ita loquebatur cel. Picus Mirandulanus in sua *Apologia* cap. I. » Hi libri apud hebraeos hac tempestate tanta religione coluntur, ut neminem liceat nisi annos XL natum illos attingere ». Et p. 27: » Cum diligenter perlegerim, inveniens ibi multa, imo pene omnia consona fidei nostrae, visum est mihi habere posse christianos, unde judaeos suis telis confodiant, cum ab eis auctoritas cabbalistarum quos habent in magno honore et reverentia, negari non possit ».

COD. 1138

1.° R. ELEAZARIS DE WORMATIA *Commentarius cabbal. Psal. CXLV* et *jud. precum*.

2.° ANON. *Comm. sephiroth*.

3.° R. ABRAHAMI FIL. AKSALKO de Colonia *Cheder scem tov*, seu *Comm. cabbalisticus nominis ineffabilis Jeoàh*, et *X sephiroth*.

4.° *Dissertatio super libro Jetzirà*.

5.° *Expositio nominis ineffabilis Jeoàh*.

6.° *Sod* seu *Arcanum arboris scientiae*.

7.° R. Eleazaris Wormatiensis *Liber de unitate Dei*.

8.° R. Scem Tov de Faro *Dissertatio epistolaris cabbalistica de unitate Dei, aliisque argumentis*.

9.° R. Abrahami Roèh *Chaje olam abbà*, seu *Commentar. in nomen tetragrammaton*.

10.° R. Jedajae Peninì *Bathè anefes*, seu *metrica Confessio pro jejun. diei expiationis*.

11.° *Cabbalistica Expositio orationis quae recitatur in die expiationis*.

12.° R. Joseph fil. Uziel *Scarascìm, Radices*.

13.° *Preces variae et Hymni sacri*.

14.° *Expositio nominis XLII litterarum, et nominis tetragrammati*.

15.° R. Hai Gaòn *Responsum de salute israelis*.

16.° R. Menunae *Oratio ad Deum*, et *Oratio* alia *de unitate Dei*, chart. rabbin. in 4.° sec. XV.

Primum opus idem cum eo quod habebat Bartoloccius innuitque Wolfius T. I p. 190. Ei subjicitur perbrevis expositio nominum sancti sanctorum seu Dei, quae qui bene norit, poterit peragere quidquid libuerit. De 3.° opere agit idem Wolfius T. III p. 61, et IV p. 769, notans hebraice ms. extare etiam in bibl. Oratorii Parisiensis, et ex latina versione in Vaticana quam Pagnini esse perperam conjicit, quum Flavii Mithridatis sit, ut ad cod. 190 qui eam continet, aliosque codices monet editus ej. bibl. *Catalogus*. Nec ex sola latina versione in Vaticana extat, sed et hebraice, et pluries, videlicet in mss. codicibus 232, 235, 349, 405. Posteriore etiam loco pro Acsilrad, ut male a Çamusato Wolfius acceperat, corrige Aksalko, sive אקשלקו, ut aperte habet noster codex. Quod et corrigendum opinor in Vaticano *Catal.* ad cod. 349, aliosque omnes, in quibus ex sola auctoritate et lectione ejusdem codicis, non satis, ut videtur clara ac dubia, nec sat accurate expressa, legit ubique Acscildàr. Quae sequuntur opuscula, sunt anonyma. R. Eleazaro Wormatiensi libellum de unitate ms. tribuit Wolfius, sed ex solo Sabtaei testimonio, nullo indicato codice, vel bibliotheca, in qua servetur. Octavum opusculum hunc habet titulum: *Auctor hujus libelli est R. Scem Tov de urbe Faro, quae est in Hispania*, sive potius in Lusitania. Ignotus hujus nominis auctor, sed quem memorant Bartoloccius ac Wolfius, R. Scem Tov de

Fano videtur certe noster hic esse, nec de Fano, sed de Faro legendum, quod et liber de Cabbala ei tributus demonstrat. Eundem libellum seu epistolam habes iterum in 1220, sed sine expresso nomine auctoris. De nono opusculo Wolf. T. I p. 101 ex Sabtaeo ac Groddeckio. At vero in nostro codice aliud cum eo connectitur *Arcanum numeri litterarum*, quod totidem circulis constat variam ac cabbalisticam litterarum dispositionem sistentibus. Decimum sistit ingeniosum cel. Jedajae Appeninì carmen, cujus singula verba habent litteram lamed, ac nullam ea posteriorem, de quo diximus ad cod. 88. In fronte illud inscribitur Bathè anèfes, *Domus* seu *Carmina animae*, sed subdit auctor se illud vocasse Bethel, *Domum Dei*, hicque duplex titulus legitur etiam in cod. 1278.

R. Josepho filio Uziel discipulo Jeremiae solum commentar. Jetzirà assignat Wolf. T. I p. 552. Ignotus ergo plane est libellus n.° XII, cui hic titulus praefigitur: » Liber hic dicitur Scarascìm, vel radicum, hocque arcanum revelavit Joseph fil. Uziel Babylone ex ore Jeremiae prophetae, super quem sit pax ». In XV libello exponitur salus israelis ex judaeorum mente per binos Messias operanda, quorum primo, seu messiae filio Josephi aptat Zachariae textum *et adspicient ad eum quem transfixerunt*, ita legens textum אליו ex varia lectione, ut alii multi codices legunt. Anonymus is est in nostro codice, sed facta collatione est R. Hai Gaòn, idemque cum eo, qui extat in cod. 327, etsi utriusque codicis lectio saepe discrepet. Ceterum vix monendum inedita esse opuscula fere omnia hujus codicis, ac cabbalistica.

Cod. 1139

1.° Anonymi *Commentarius in Pentateuchum*.

2.° R. Eliae *Expositiones*, vel *Scholia in Pentateuchum*.

3.° Collectanea ex *variis auctoribus*.

4.° R. Nechoniae fil. Kanà *Liber Bahir*, *Illustris*, vel *Lucidus*, memb. et bomb. rabb. in 4.° an. 1384.

Incipit a sect. תולדות יצחק, quae nec exhibetur integra. Ad calcem primi operis haec leguntur: » Absolutae sunt דרשות commentationes allegoricae totius legis juxta rabbinorum nostrorum sententias per quodlibet sabbathum descripsique illas ego Elias fil. R. David ad mei usum in urbe אבלונא Avelona vel Abellonae anno ודם 44 *et sanguis servorum ejus surget* minoris min. supp. feria III die VII

mensis av. Deus vertat luctum nostrum in gaudium etc. ». Annus 44, duobus punctis supra binas eas litteras indicatus, incideret in nostrum 1284. Sed aperte hic omittitur numerus centenarius; ut constat tum ex scriptoris aetate, tum ex alia aera codicis, tum denique ex ipsa ejus conditione. Est ergo verus annus 144, Chr. 1384. Quae sequuntur scholia hunc habent praefixum titulum: טעמים ודרשות אחרים שילמדני מורי הר׳ אליה ז״ל » Sensus et expositiones aliae quas docuit me praeceptor meus R. Elias fel. m. ». Sub finem libri Bahir: Absolutus est liber Abahir anno ק״מה 145 », clauditque cod. excerptum מדברי אגדה *ex verbis Agadàe* et cyclus annorum.

Cod. 1140

R. Nathan fil. Samuel *Zicaròn tov*, seu *Comment. ineditus in Pent.*, memb. et bomb. rabb. in 4.° an. 1400.

Poema quod commentarium claudit, prodit auctoris nomen, et annum, quo illum composuit, 5067, Ch. 1307. Sequitur epigraphe: » Absolutus est liber hic dictus זכרון טוב, seu memoriale bonum, feria IV die XXVIII mensis chislev an. 5161 ab orbe condito opera mei Eliae fil. R. David, descripsique illum in mei gratiam etc. ». Nudum libri titulum et argumentum profert auctor *Siftè jescenìm* p. 22, et *Sedèr adoroth* fol. 167 זכרון טוב פי׳ על התורה. Wolfius eum prorsus praetermittit, auctorem vero vix ex Masio sub solo Nathanis nescio cujus nomine memorat T. I p. 920 sub num. 1721. Idem namque est cum nostro Nathan ille, cui Masius tribuit *Mivchàr ammaamarìm*, ut supra monuimus ad cod. 1108, qui eum complectitur.

Cod. 1141

R. Jehudae Ariè, seu Leonis Mutinensis *Maghèn vachèrev*, *Clypeus et gladius*, ineditum opus antichristianum, chart. rabbin. in 4.° anni 1649.

Orientalis viator cum Leone nostro Mutinensi Venetiis colloquens, ubi primarii rabbini munere fungebatur, illustre, ut ad cod. 85 vidimus, ejus peritiae in antichristianis controversiis testimonium tulit, eum appellans רגיל ובקי בוכוחי האומות והנוצרים על כל בני דורנו ומגן וצנה לתורתנו » in disputationibus gentium ac christianorum exercitatissimum ac coetaneis nostris omnibus doctiorem, legisque nostrae clypeum ac munimen ». At vero inter plura quae edidit, scripta nullum hucusque dignoscebatur, nullum profe-

rebatur a judaeis ac christianis bibliographis, quo constaret illum de christianis confutandis vel minimum cogitasse. Etenim numerus ille antichristi in servatoris nostri nomine ab eo repertus, merus is est, ut ad eum codicem animadvertimus, cabbalisticus et ineptissimus jocus, de quo gloriari quidem possunt ineptissimi homines, ejus nominis inimicissimi, uti vero ad seriam ac validam nostram confutationem non possunt. Miratus ergo sum summopere, quum paucis abhinc diebus Venetiis codicem hunc corrasi, qui antichristianum auctoris nostri opus complectitur plane ignotum et inexpectatum.

Ejus titulus est: ספר מגן וחרב שחבר מרנא ורבנא כמוה"רר יהודה אריה ממודינא זצו"קל » Liber Maghèn vachèrev, seu Clypei et gladii, quem composuit doctor ac rabbinus noster excell. R. Jehudas Ariè Mutinensis, memoria justi ac sancti sit in benedictione ». Haec sigla ostendit anno 409 min. supput., qui infra subjicitur, Chr. 1649, Jehudam nostrum jam defunctum fuisse, adeoque luculenter confirmat annum emortualem auctoris nostri 1648, quem in litteris ad Ungerum constituit R. Isaac Chaiim, contra Bartoloccium, qui nescio quo argumento, male eum amandaverat ad an. 1654. Quem annum ex Bartolocii fide a se relatum in I vol. recte ex illis Chaiimi litteris emendat Wolfius T. III p. 296. In hoc tamen non Bartoloccius solus emendandus est, sed et Basnagius, qui in *Historia judaeorum* T. XIV p. 893 eum obiisse tradit anno 1645, aetatis annorum LXX. Quod postremum iterum falsum est; nam ab anno 331, Chr. 1571, quo Jehudas natus est, ad 1648 anni intercesserunt LXXVII. Eo autem anno natum se fuisse non modo aperte testatur Mutinensis ipse in praef. ad Midbàr jehudà Venetiis editum, sed et in inedita et autographa sua nota ad R. Azariae de Rubeis Meor enàim, quod olim ad eum pertinebat, modo vero ad manus meas pervenit, quam operae pretium ducimus hic proferre. Extat ea ad fol. 4, ubi de insigni terraemotu qui Ferrariae accidit an. 5331, Chr. 1571 die XVII mensis chislev, novembris XVIII, agitur. » Anno hoc 5331 mense nissan, die XXVIII ejusdem mensis, quae erat XXIII aprilis, feria II hora XVIII in urbe Venetiarum in veteri judaeorum contubernio (vulgo ghetto vecchio), in domo quae erat domini Jacobi Luzzati senioris fel. m. genitus sum ego

minimus Jehudà Ariè de Modena, quem Deus servet. Quoniam ex Ferraria, tunc loco habitationis suae, ob hos terraemotus, discesserat dominus pater meus fel. m. cum omni familia sua et post integri circiter anni peregrinationem illuc redierat, ita ut tempore horum terraemotuum reperirer ego in utero matris meae fel. m., quae et mira illa, ac mala, et terribilia, quae acciderunt, mihi enarravit ac recensuit ». Notam hanc autographam protulimus nuper in *Diction. hist. jud. auctorum* vol. II p. 8, ubi de Mutinensi nostro ejusque operibus copiose egimus. His haec alia Jehudas flaviori charactere ac seriore tempore subjecit: » Quis det, ut ab utero ad sepulchrum delatus fuissem? Pereat dies, qua natus sum. Quandoquidem annus est hic vitae meae primus ac quinquagesimus, nec ulla mihi pax, tranquillitas, quies affulsit, sed infortunia et angustiae perpetuo sibi successerunt ». Praeter hanc plures alias marginales notas ad celebris ac perrari ejus libri Meòr enaim illustrationem, autographas omnes, meum illud pretiosum exemplar continet, dignas quae a bibliographis observentur ac reliquis nostri auctoris lucubrationibus addantur. Quod ad nostrum porro opus spectat, dividitur illud in quinque מחנים seu acies, et acies quaelibet in מערכות seu varios ordines. Incipit a peccato originali, quod christianae religionis constituit esse fundamentum, primaque operis verba, vel verborum elementa produnt nomen ac cognomen auctoris Jehudà Ariè: ידיעת השרש ועקר דת הנוצרים אשר ראשו יסוד האמונה. Peccatum illud tota acie seu sectione I impugnatur, II Dei trinitas, III incarnatio, IV Mariae virginitas ac servatoris ortus ex virgine, V, ubi de Messia et ejus conditionibus, illius characteres et notae. Quatuor alias, de morte et resurrectione, de aeternitate legis, de diuturnitate exilii, de imaginibus, missa et eucharistia, in inferiori margine subjicit folium 40 alia manu suppletum, quas scriba non descripsit, ut monuimus in *Bibliotheca* nostra *judaica antichristiana* pag. 19, ubi de eo egimus.

Cod. 1142

R. David Kimchì *Commentarius in Psalm.*, memb. rabbin. in 4.° sec. XIV.

Incipit a Psal. IX 10, et desinit ad fin. CXLVIII, deficiente ad calcem uno folio. Plenior est edito, saepeque ab eo discrepat.

COD. 1143

ANONYMI *Praecepta moralia* pro *optima vitae institutione*, chart. rabb. 4.° oblungo init. sec. elapsi.

Ineditum et ignotum opus, quod nec auctorem, nec titulum exhibet. Occurrunt alicubi nomina Josephi et Abrahami, etiam per rascè tevòth seu litterarum initia, ut et alterum ben Tzìon, quibus praecepta ipsa vel consilia diriguntur. Extabat autem codex inter scripta R. Jehudae Arie Mutinensis, quae possidebat Venetus rabbinus Volterra, qui et illius auctoris esse et quidem autographum traditione acceperat sancteque adfirmabat.

COD. 1144

1.° R. ISAACI ALCHADEV *Orach selulà, Via strata.*

2.° R. IMMANUEL FIL. JACOBI *Liber chenafim*, vel *alarum* cum *Comm.*, membr. char. partim quadrato, partim rabb. in 4.° min. sec. XV.

Primi scriptoris cognomen est in codice Alcharev, sicque per resc alii codices et bibliographi, inter quos R. Jechiel in *Seder adoròth*, binos ex uno eodemque auctores confingens. Sed melius per daleth habent codices plerique, inter quos bini mei 101 et 294, Bartoloccius ac Wolfius, qui tamen per pe in fine legunt Alchadef. Sub fin. VI alae occurrit nomen Jom Tov fil. Jechiel rescriptum supra nomen scribae. Sequitur Immanuelis praefatio et expositio tabulae astron. ad calc. subjectae.

COD. 1145

R. SAL. JARCHÌ *Comm. in Numeros et Deuter.*, membr. ital. in 4.° min. sub fin. sec. XIII vel init. XIV.

Librorum ac sectionum exordia distinguuntur maj. litteris hisp. et elegantibus, variaeque lectiones non modo servantur in textu magno numero, sed et interdum notantur in margine.

COD. 1146

MACHAZÒR italici ritus cum *Sect. Pent.* et *Psalmis* occurr., item *Pirkè avòth*, *Azaròth* Gaviròl et Eliae, Jeh. Levitae *Hymno festi purìm*, et altero Aben Ezrae, quod dicitur post *Tachanunìm*, membr. rabb. in 8.° 2 voll. an. 1491.

Ad calc. II vol. » Canam Deo terribili, elato prae myriade, qui hanc mihi gratiam est impertitus ut absolverem hoc Machazòr... Die autem hac expectavi et reperi, quae est feria VI, init. mensis adar an. אמ״ר 251, *Dic civitatibus Juda, ecce Deus vester*. Hic Montechii, scriptura mei servi sui, filii

veritatis ejus, Jechielis fil. Jacobi fil. Judae Mutinensis ». Sequitur comp. constitutionum de mactandis animalibus. Extat et inter carmina carmen עת שערי רצון, quod in nonnullis codicibus tribuitur Maimonidi.

COD. 1147

ORDO PRECUM ital. cum *Cantico* Mosis, *Psal.* occ., *Pirkè avòth, Excerptis prophetarum* etc., memb. rabb. 8.° sub fin. sec. XIV vel in. XV.

Ad calc. » Testor ego Jekuthiel fil. R. Jechielis Rophè de Bethel me vendidisse hunc ordinem a me scriptum praeceptori meo egregio R. Salomoni et R. Biniamino ejus fratri, fil. R. Mardochaei Rophè fel. mem. de קנ״א, ab eorumque manu pecuniam accepisse ». Sequuntur prophetarum oracula, Isaiae potissimum et Jeremiae, selecta et consolatoria.

COD. 1148

PSALTERIUM, memb. rabb. in 8.° in. sec. XV.

Initiales majores ac germ. seriorique manu appositus est sub init. cujuslibet psalmi ejus usus.

COD. 1149

ORDO PRECUM cum *Pirkè avòth, Cantico Exodi* et *Ps.* occurr., membr. rabbin. in 8.° in. sec. XV.

Sectio bescalàch chaldaice etiam exhibetur, occurruntque praeterea Gavirolii et Eliae paraeneses, et Jehudae Levitae carmen, quod canitur ante Estheris festum.

COD. 1150

1.° QUINQUE MEGHILLÒTH, seu *Canticum cantic., Ruth, Threni, Ecclesiastes, Esther*.

2.° ANONYMI *Commentarius in Esther*, memb. rabb. in 8.° sec. XV.

Commentarius in Esther in titulo dicitur esse *juxta expositionem rabbinorum nostrorum fel. memoriae*.

COD. 1151

1.° R. JOSEPHI ESOPAEI *Kaarad chesef, Scutella argentea*.

2.° RABBENU ASCER fil. Jechiel הנהגה seu *Ratio vitae recte instituendae*.

3.° R. ELIEZERIS MAGNI *Orchoth chaiim, Semitae vitae*.

4.° R. JEHUDAE SANCTI *Mahassè morà, Opus timoris*, memb. rabb. in 12. sec. XV.

Quatuor opuscula moralia apud judaeos celebratissima pluriesque edita. Nota secundi titulum sic in singulari efferri, non הנהגות in plur., quod Wolf. de eo agens vol. I p. 227 vertit *Consuetudines* parum accurate. Magnus ille Eliezer est Hyrcani filius, de cujus libello variisque edi-

tionibus conf. id. Wolf. T. I p. 174, et III p. 110. Singulare est postremum opusculum R. Jehudae fil. Simeonis, dicti Sancti, cui compilatio debetur corporis miscnici, in nostro codice inscribi מעשה מורה *Opus timoris*, vel praeceptoris, quum in edito inscribatur מעשה תורה *Opus legis*. De eo Wolf. T. II p. 841.

COD. 1152

1.° JOTZERÒTH, seu *Hymni dierum festorum* cum *precibus* germ. ritus.

2.° LIBRI ESTHERIS *Fragmentum*, membr. german. in fol. sec. XIV.

Intactas habet preces quasdam antichristianas in aliis codicibus deletas vel omissas.

COD. 1153

1.° APHTARAE seu *propheticae Sectiones festorum*.

2.° CANTICUM CANTICORUM et RUTH, membr. german. in folio 2 col. seculi XIV.

Sub finem libri Ruth legitur: » Meus est libèr, ego Samuel fil. Alexandri levitae. Roboretur et confortetur ».

COD. 1154

R. SALOM. JARCHÌ *Commentarius in Pentateuchum*, membr. rabbin. in fol. 2 col. sec. XIII vel init. XIV.

Incipit a sect. מקץ, et desinit ad sect. כי תבא.

COD. 1155

KIMCHÌ R. DAVID *Liber scarascim*, vel *radicum*, partim membr., partim chartaceus, rabbin. in fol. sub fin. sec. XIII vel init. XIV.

Sat antiquus codex, sed sub initium ac finem mutilus.

COD. 1156

R. CHASDAI *Liber Or ascèm*, seu *Lux Domini*, membr. et chart. rabbin. in fol. sec. XV.

In aliis codicibus inscribitur אור יהוה, et auctoris nomen quod esse solet Chasdai fil. Abr. fil. Jehudae fil. Chasdai, ibi in praef. est *Chasdai fil. Jehudae fil. Chasdai fil. Jehudae fil. Chasdai fil. Jehudae fel. mem.*, omisso nomine Abrahami quod nec in sequentibus progenitoribus comparet. Congruit libri argumentum quod innuit Zacutus, Bartoloccius et Wolfius T. I pag. 387. Adde in tractatu III agi de resurrectione mortuorum et de Messia. Sub finem libri vel codicis haec leguntur apprime notanda: המחבר ז"ל השלימו בעיר סרקסטה מלכות ארגון שנת ק"ע לפרט האלף הששי » Auctor fel. m. absolvit illum (librum) in urbe Caesaraugustae regni Aragoniae anno 170 VI millenarii », Chr. 1410. Quod si ita est, quomodo cohaeret quod Zacutus, Jachias, Gan-

zius, Luzzatus aliique adfirmant, eum obiisse Caesaraugustae an. 140, Chr. 1380? Constat liber foliis 63 in folio et minuto quidem charactere; quamobrem Ferrariensis editio an. 1555, quae non constat nisi foliis 32 in 4.° min., ut animadvertimus *De typogr. hebraeo-Ferrar.* p. 34, solum libri compendium complecti potest vel ejus partem, non integrum opus.

COD. 1157

PENTATEUCHUS cum *Targum*, ac duobus *Commentariis*, R. Sal. Jarchi et Aben Ezrae, membr. charactere italico quoad textum et Targum, rabbinico quoad comm., in fol. min., vel 4. maj. sec. XV.

Initiales librorum ac sectionum litterae majusculae, medium locum occupat textus et targum, totumque marginem bina commentaria. Codicem percurrens, notavi raras ac singulares aliquando lectiones in eo exhiberi. Unicus est Gen. III 19, Exod. I 13, XXVI 24.

COD. 1158

1.° ANONYMI *Praefatio libri* Eljasaph ben Dehuel.

2.° ISAACI LURIAE *Dissertationes* vel *meditationes in varios sacrae Scripturae* vel *sacrarum precum textus*.

3.° Ejusdem *Poemata de die sabbathi*, vel *Hymni sabbathici*, chart. rabbin. in 4.° anni 1690.

Ignotus liber ille Eljasaphi ben Dehuel, ignotus et auctor hujus praef. adeo prolixae, ut integrum et ipsa librum constituat. Constat XII capitibus, in quibus de relatione operum in Deum, de fiducia in eum excitanda, de viis justorum sequendis, de medicina animae, de intentione habenda in fundendis precibus, de unitate Dei, de ejus gloria, de praestantia divinae legis et populi israelitici aliisque argumentis disseritur. Ad calcem testatur auctor se opus hoc absolvisse anno 450, quum annorum esset 65. Praemittitur rythmica ad Deum oratio, sequentibus vero Luriae meditationibus psalmus *Domine rupes mea ad te clamabo*. Has porro dissertationes, vel meditationes varias, quarum prima est in Isaiae textum cap. XLIII *Populum hunc formavi mihi, laudem meam annunciabit*, Isaaci Luriae esse colligo ex verbis quae extant sub finem meditationis quae subjicitur hymnis sabbathicis: » Haec sunt verba quae docuit R. Moses Zacutus fel. m. discipulos suos... quae et ego minimus ל"י Isaacus Luria sequor ». Ac clarius adhuc folio postremo ejus nomen legitur: » Isaaci fil. Mosis Luriae minimi ex minimis ».

Nota Mosis patris nomen, quod nullibi prodit Wolfius, quamvis fusissime in primo praesertim ac tertio vol. de hoc auctore agat ac cabbalisticis ejus scriptis. In posteriore tamen vol. p. 593 memorat illius hymnos sabbathicos ut extantes in Oppenheimeriana.

COD. 1159

PENTATEUCHUS cum libro *Esther* et *Threnis*, membr. semirabb. in 4.° sec. XIII.

Pretiosus codex, quia est ejus aetatis העתק, seu typus describendorum synagogarum voluminum. Hinc prout fert typorum ratio, litterae coronulis ubique ornantur, pe saepe contortum conspicitur, accurate sectiones apertae et clausae distinguuntur, aliaque ejusmodi exhibentur sive in textu, sive ad marg., quae in publicorum codicum descriptione occurrunt observanda. Saepe ad marg. notantur variae lectiones aliorum exemplarium, potissimum accentuum, illudque singulare quod libri nec unius quidem lineae spatio interposito sibi succedunt. Nonnunquam additur criticum judicium quo in codicum dissensione varia aliqua lectio confirmatur. Sic Esth. IX 2 contra hodiernum textum habet לפניהם per ל, duplici ad utramque oram apposita nota, altera *alios libros legere per beth*, altera *ita legi oportere quia masora numerat duo* בפניהם, *in Josua et Ezechiele, ac nostrum hoc reticet*. Produximus alibi (conf. *Var. Lect.* ad h. l.) nonnullos alios ex nostris codicibus qui testabantur non modo per ל legi in correctis mss., sed et sic masoram constituere, nec aliter habere cel. codicem Hillelianum.

COD. 1160

R. DAVID KIMCHÌ *Commentarius Judicum* et *Lib. I Samuelis*, membr. rabb. in 4.° sub in. sec. XIV.

Incipit codex a vers. 14 postremi capitis Josuae, et explicit ad I Sam. XXIII 19.

COD. 1161

1.° MAIMONIDIS R. MOSIS *Constitutiones capitis Chèlek*.

2.° *Pirkè avòth* cum *Commentario* Maimonidis et fusa ejus *praefatione*.

3.° R. SALOM. JARCHÌ *Commentarius in Pirkè avòth*, memb. in 4.° anni 1419.

Charactere quadrato hisp. quoad textum Pirkè avòth, rabbinico quoad commentaria. Singularis prorsus epigraphe: נשלם בששי ששי לחמישי שנה תשיעית לעשר השביעית למאה השני לאלף הששי » Absolutus feria VI, die VI mensis quinti, anno IX septimae decadis centenarii II millenarii VI.

Laus Deo pastori meo et sancto meo. Ego scriba Meir Aben Latef hispanus, descripsique eum hic Firmii pro intelligenti Menachem fil. Jechiel fel. m. ».

COD. 1162

R. ABRAHAM FIL. CHASDAI *Chidduscìn*, seu *Observationes in nonnullos tractatus talmudicos*, membr. rabbin. in 4.° sec. XIII.

Hujus auctoris esse librum eruo ex verbis, quae ad calcem postremi tractatus leguntur: » Addam nonnulla super tractatu Beracòth. Dicit R. Abraham fil. Chasdà etc. ». De hoc tamen opere, quod et ineditum est, nihil sub eo auctore habet Wolfius. Talmudici tractatus, in quos dantur scholia et observationes, sunt Beracòth, Scabbàt, Tannìth, Chaghigà, Ros ascanà, Succà, Pesachim, Cholìn, Cheduboth, Ghittin, Kidduscin, quem additamentum illud primi tractatus Beracòth, seu de benedictionibus excipit R. Abr. bar Chasdà.

COD. 1163

R. PERETZ FIL. ISAACI *Maarèched ahelaüd*, seu *Ordo divinitatis*, membr. rabbin. in 4.° sec. XIV.

De opere variisque ejus mss. et editionibus Wolfius T. I p. 995. Codex hic, binis aliis chartaceis, qui apud nos extant, antiquior, multas nec poenitendas continet discrepantias. Nulla et ipse prodit auctoris vestigia, de quo conferantur dicta ad cod. 361.

COD. 1164

GENESIS, EXODUS, LEVITICUS cum *Targum* et *Aphtaròth*, seu *Lectionibus propheticis*, membr. german. in 4.° sec. XIII.

Targum extat ad exterius latus eodem germ. charactere, sed minori, et atramento flaviori. Sequuntur Aphtarae sub finem mutilae, quarum postremae tres iterum chald. paraphrasi ad marg. insigniuntur. Sub finem Levitici occurrit nomen amanuensis Isaaci. Hic illic posterioris manus criticae curae et emendationes conspiciuntur, quae ex amasorethico exemplari varias saepe lectiones fovente ostendunt esse descriptum. Unicus est in *Scholiis* nostris *criticis* Lev. XX 26, fere unicus Exod. XXXI 12, Lev. XX 23, rarissimus Lev. IV 29, X 14, XXIV 3.

COD. 1165

1.° R. ABR. FIL. CHAJA' hispani *Liber tzuràd adretz*, seu *De forma* vel *figura terrae*.

2.° R. IMMANUELIS FIL. JACOBI *Liber chenafim*, vel *Sex*

alarum cum *tabulis astronomicis*, chart. rabbin. in 4.° anni 1553.

Integrum libri titulum attulimus ad cod. 170, nostro hoc multo antiquiorem, sed postrema sectione mutilum. Is quem describimus, hoc habet emolumentum quod non modo integerrimus est, sed et in singulari epigraphe, quae legitur ad calcem, notat annum, quo ab auctore elaboratum est, et editum opus. Quod a nemine bibliographorum, quos prae manibus habeo, annotatum reperio. » Finitum est opus istud die IV mensis sivan an. 896, laus Deo adjutori. Descriptum autem die XVII mensis av an. 313 ». Prior ille annus IV millenarii incidit in nostrum 1136. Quomodo ergo a Jachia, et Ganzio quos Wolfius sequitur T. I p. 51, is dici potest defunctus an. 1105? Sane perperam hoc dici eoque anno adhuc fuisse superstitem tradit in *Meor enaìm* R. Azarias de Rubeis, Wolfio ipso monente ac priora retractante in vol. IV p. 761.

COD. 1166

R. LEVI GERSONIDIS *Liber de arithmetica*, chart. rabb. in 4.° sub in. sec. XIV.

Vix librum hunc, ut in Vaticana extantem, innuit Wolfius T. I p. 730. V. ejusdem biblioth. *Catalogum*.

COD. 1167

R. JOSUAE FIL. LORKI *Opus medicum de alimentis et aromatibus, eorumque virtutibus et usibus*, bomb. vel charta orientali rabbin. in 4.° an. 1493.

De celebri hoc auctore qui deinde ejurato judaismo christianam fidem suscepit sub nomine Hieronymi de sancta fide, et postquam disputationi interfuit cum judaeis habitae an. 1412, binos contra judaeos libros edidit, agit Wolfius T. I p. 463, subditque pag. seq. de scripto quodam ejus medico se infra dicturum sub R. Joseph Lorki. Reapse sub hoc nomine p. 544 refert commentarium quemdam ms. de medicina in lib. antiquioris medici anon. in Casanatensi extantem, quem Bartoloccius Josepho, Wolfius ipse Josuae nostro attribuit. Ex descriptione ipsa si ea quidem cohaeret, patet non idem esse opus cum nostro, nosque jam observavimus ad cod. 428 extare reapse Josephum Lorkium a Josua distinctum, ejusque commentar. in Avicennam antiquiorem medicum, quem codex ipse continet, nec, quod perperam suspicabatur, immo non dubitabat Wolfius, unum cum altero a Bartoloccio fuisse confusum. Dividitur nostrum hoc opus in IV capita.

Sub praefationis initium magna cum laude meminit R. Benbenaste fil. cl. philosophi R. Salomonis filii Labin cognominati de la Cabialiria. Asserit se ex aliorum mandato et ut hominibus prodesset, opus hoc suscepisse, in eo non nova, sed meliora ac selecta ex antiquorum libris tradens, technicaque vocabula arabice primum, deinde vernaculo idiomate alphabetico ordine accurate explanans. Ad calcem: » Absolutus est (laus Deo creatori universi) feria II die XVI mensis chislev an. 254 in urbe אישפינו Ispino. Laetetur scriba et exultet lector. Amen amen ». Dein nigriori atramento subditur: » Descripsi in mei usum librum hunc ego minimus Jehuda fil. R. Sal. fil. Sabtaei Levitae f. m. ».

Cod. 1168

1.° R. Isaaci Israelitae fil. Sal. *Jair nadiv*, seu *Opus medicum* dictum *Viaticum* hebr. versum.

2.° Ejusdem *Saharè ascadàn*, *Sectiones de urina*.

3.° Anonymi *Liber segulòth muvchanòth*, *Virtutes* vel *Remedia probatissìma* hispanice charact. rabbinico.

4.° R. Meir Alguadesc *Segulòth*, *Virtutes*, *Remedia* hispanice charactere rabbin.

5.° Anonymi *Opusculum quo morborum nomina exponuntur*, bombic. rabbin. in 4.° anni 1493.

Praefatio primi libri docet eum esse unam ex quatuor columnis, quas auctor erexit, et a christianis sapientibus, qui latine illum verterunt, *Viaticum* vocari. Sane inter Isaaci nostri opera quae latine prodierunt Lugduni an. 1516, reperitur nostrum hoc opus sub eo nomine, quod et Schenckius memorat in *Bibliotheca medica* pag. 356, subdens Constantem Memphitae medici filium illud in graecum transtulisse. Qui hebraice ex arabico verterit, ignotum est. Hebraicus titulus יאיר נתיב est procul dubio ab hebraeo ipso interprete libro impositus, deque eo silet Wolfius, qui plura de hoc auctore ejusque libris habet T. I pag. 666. Constat liber septem שערים seu maj. sectionibus ac partibus, quae in minores alias subdividuntur, eundemque esse conjicio cum ספר הרפואות *Libro de medicamentis*, quem profert Plantavitius sub n.° 164. II operis titulus, qualis in nostro codice exhibetur שערי השתן, fere congruit cum eo עשרה שערים, quem Plantavitii codex praeseferebat, ab eo relatus sub num. 529. Sed hic constabat sectionibus decem, noster tredecim et quidem brevioribus, nec illud habet initium

quod referunt Jachias et ex suo codice Wolfius T. III p. 582. Hinc non integer videtur auctoris nostri liber מראות השתן *De inspectione urinae*, sed potius ejus compendium. De III libro anon. ס' סגולות מובחנות nihil Wolfius. Proponuntur malis singulis sua remedia, fitque initium a colica. Sat celebre est nomen R. Meir Alguadesc qui erat Hispaniarum regis archiater, omniumque regni synagogarum praeses. De eo ejusque versione libri Midoth, seu Ethicae Aristotelis, agunt Jachias, Sabtaeus, Conforti in *Korè adoròth* fol. 27, ex nostris Bartoloccius ac Wolfius T. I p. 744, et III p. 666, sed silent omnes de ejus opere שגולות מובחניות, quod sistit codex sub num. IV. Ad calcem: תמו הנהגות *Expliciunt practica remedia don Meir Alguadesc*. Epigraphe legitur sub finem III libri: » Absolutus est (laus Deo) feria II die XXVI mensis chislev an. 254 in urbe אישפינו Ispino vico Lombardiae. Laetetur scriba exultetque lector. Amen ».

COD. 1169

AVICENNAE *Liber medicus Arguzà* cum *Commentario Averrois*, chart. rabbin. in 4.° sec. XV.

Extare etiam in Vindobonensi, in Bodlejana, in Oppenheimeriana monent Sabtaeus, Nesselius, Wolfius T. I p. 10, III p. 7, et II p. 1263. Qui enim postremo hoc loco inter anonymos recensetur, hujus tituli liber, is noster hic est Avicennae, idemque plane cum canticis medicis, quae eidem tribuit in I vol. Quod et ex nostri codicis praef. eruitur, in qua testatur Averroes » dedisse cor suum ut explanaret librum Carminum Avicennae super medicamentis, vel de re medica, dictum ארגוזה *Arguzà*, quia comprehendit omnia ejus fundamenta, meliorque est plerisque introductionibus ad medicinam hucusque editis ». Hinc arcae significatio melius, ut opinor, titulo congruit, quam altera irritationis quam illi tribuit Wolfius, idemque videtur liber cum libro collectionis, quem inter Avicennae scripta primum ordine recenset *Arabica philosophorum bibliotheca*. V. Casiri *Bibl. hisp. Escurial.* T. I pag. 270. Arghizà per jod, quod habet Wolfius III vol., merum puto typ. mendum. Ex Oppenheimeri *Catalogo* colligitur hebraicam hujus libri versionem deberi Salomoni filio Abrahami Aben Dior. In fine dicitur » Absolutus codex per manus Mosis filii Isaaci Caesenatis ».

Cod. 1170

R. Abr. fil. Chajà *Liber tasbòred*, seu *geometriae*, chart. rabb. in 4.° an. 1438.

Multa hic in Wolfio supplenda et emendanda. Is quidem tract. de geometria nostro auctori tribuit T. I p. 53, sed non memorato titulo et bibliotheca, in qua servetur, monens tantum T. III p. 33 geometrica, astronomica, ac philosophica varia in Medicea superesse. Contra qui Abrahamo alteri ab eo assignatur T. I p. 22 hujus tituli liber, ut in Vaticana delitescens, is ipsissimus noster hic est Abr. fil. Chajà, non, ut ipse conjicit, Abr. Aben Ezrae. Vide cod. Vatic. 400 et *Catal.* T. I p. 375. Ipsissimus alter ille quem iterum sub nomine Abrahami judaei et num. 85 p. 61 post Bartoloccium recenset. Utrobique Abr. noster bar Chajà intelligendus. Quamquam porro in epigr. diserte, ut videbimus, opus inscribatur ס' התשבורת *Liber geometriae*, ut in Vaticano, in fronte tamen codicis is vocatur ס' יסודי התבונה ומגדל האמונה Liber de fundamentis intelligentiae, et turris fidei, qui translatus est ex scripto arabico in linguam sanctam opera principis sapientis R. Abr. fil. R. Chajà, vel Chijà hispani ». Duplex ergo est libri titulus, nam et posteriorem ipsius auctoris esse patet ex divisione sectionum. Nec ita tituli verba intelligenda sunt, ac si Abrahamus noster merus esset arabici operis interpres, sed eo sensu, quod librum suum ex arabum scriptis compilaverit. Quod et ipse prodit statim post divisionem universi operis, haec subjiciens: » Plures ex magnatibus aetatis meae, quorum ego consilia teneor sequi, ipsi ad hanc provinciam assumendam deduxerunt me, eo quod non esset in universa Gallia ex hisce scientiis liber ullus hebraice exaratus, ideoque ex eorum consilio ea transtuli ex libris ismaelitarum in linguam sanctam ». Ex quibus verbis patet quoque pro gallis et in Gallia scripsisse. Ad calcem: » Absolvi hunc librum, qui dicitur Chochmàd atisbòred, vernaculo vero idiomate Geometria, anno 5198 ab orbe condito feria III die IV mensis scebat hic in urbe Letzi; scripsi autem illum in gratiam domini patris mei magistri Kreskas Meir R. Kalonymi Alisc fil. magistri Meir Kalonymi fil. Meir Kalonymi ».

Cod. 1171

Ptolomaei *Liber Perì*, seu *Fructus*, dictus etiam

Meà scaarìm, Centum sectiones, vel *Centiloquium*, cum *Comm.* Alì, hebraice versus a R. Jacob fil. Eliae, chart. rabb. in 4.° sec. XIV.

Is videlicet liber qui graece *καρπός*, hebr. פרי, a centum vero aphorismis quos continet, מאה שערים, מאה דברים latine centiloquium communiter appellatur. De eo Wolfius T. I p. 969, et III p. 920, varios ejus mss. codices ac commentarios referens, sed de nostra hac versione Jacobi fil. Eliae, et de interprete ipso silens profundissime. Praecedit ipsius interpretis praefatiuncula, in qua Ptolomaeum Aegypti regem non privatum alium, inediti hujus libri auctorem statuit, de cujus scientia multa praedicat, subdens se eum ex christianorum libris depromsisse et in linguam sanctam transtulisse. Dein uterque libri titulus subjicitur: » Initium libri Meà scaarìm, vel Centum sectionum Ptolomaei regis. Liber Perì, seu Fructus, vel emolumenti », Ptolomaei nomine aliter ac Wolfius faciat, videlicet per תלמאי *Tolmai*, expresso. Praemittuntur verba Ptolomaei, eaque excipit perpetua expositio עלי Alì cujusdam, qui idem videtur cum eo qui moralem Aristotelis epistolam arabice transtulit. Cum comm. alterius arabis, Abu Giaphar Achmet ben Joseph, extat hic liber in Vaticana. V. cod. 382 T. I *Catal.* p. 358. Item in Bodlejana in cod. 367 novi Uri *Catalogi* p. 68.

Cod. 1172

R. Simeonis, dicti Adarscan, *Jalkùth simonì*, seu *Pera Simeonis*, vel pars hujus operis altera continens *Commentarium in Prophetas omnes, priores* ac *posteriores*, chart. rabbin. in 4.° sec. XV.

Contextus commentarius ex vetustissimis rabbinorum expositionibus et scriptis, hinc apud judaeos aestimatissimus pluriesque editus. V. Wolf. T. I p. 1130, et III p. 1138, ubi recte opus appellatur collectanea exegetica. Ad marg. nostri codicis ad singula loca notantur libri, unde sunt deprompta. Ad calcem expressa reperiuntur bina veterum possessorum nomina, primum Jeh. Coèn, alterum quatuor interpositis foliis albis don Samuelis Abrabanelis, filii cel. Isaaci, Ferrariae, ubi emptus codex, degentis.

Cod. 1173

R. David Kimchì *Commentarius in libros Judicum, Samuelis, Regum*, ac *Prophetas posteriores omnes*, chart. rabb. in 4.° anni 1492.

Ad calc. » Sit nomen Domini benedictum ex nunc et

usque in seculum, qui dat fesso virtutem, et cui non sunt vires, robur auget, servo suo fideli Samueli Finzi fil. Josephi de Ariano feria I die x mensis ellul an. 5252 a creat. mundi absolvi hunc comm. quatuor prophetarum posteriorum ». Singularis modus, quo sub unius posterioris prophetae libro et nomine designantur hic xII Minores. Illud etiam singulare nec in Kimchianis codicibus facile obvium, quod antichristiana loca, pleraque saltem quae examinavimus, ad offensionem nostram vitandam vel omittuntur prorsus, vel immutantur, novis substitutis aliarum gentium vel regionum nominibus. Sic Isaiae LXVI 17, ubi ter legitur nomen נוצרים seu christianorum in mss. codicibus et in antiquis editionibus, ubique substitutum est aliud הכשדים, seu chaldaeorum. Conferantur de hoc loco aliisque Pocockius in *Notis miscellaneis* ad *Portam Mosis*, et quae nos annotamus in *Annalibus* ad edit. Sonc. an. 1486.

Cod. 1174

1.° R. Josephi Tzadìk *Liber Olàm katòn*, vel *Microcosmi*.

2.° Anon. *Pirchè elaud*, *Flores divinitatis*, vel *Liber de caussis* hebr. versus a R. Jehuda fil. Mosis Romano.

3.° R. Jehudae fil. Mosis fil. Danielis *Expositio textus Quis sicut tu fortis Domine?*

4.° Averrois *Robur coelorum* ex hebr. versione Jehudae et cum ejus *Commentario*.

5.° Alberti Germani, seu Magni *Diss. de caussis* ab eod. versa et cum ejus *Comm.*

6.° Thomae Aquinatis *Diss. de assequutione intellectus* ab eodem heb. translata.

7.° Ej. R. Jehudae *Commentarius in selecta sacrae Scripturae loca*.

8.° Fratris praedicatorum *De facultatibus animae compendium* ex hebr. versione ejusdem Jehudae.

9.° Boetii *De uno et unitate* eodem interprete.

10.° Thomae Aquinatis *Diss. de ideis* ex ejusdem interpretatione.

11.° Ej. R. Jehudae *Saharìm*, vel *Sectiones introductoriae ad libros propheticos*, chart. rabb. in 4.° sec. xvI.

Primum librum ex Maimonide refert Wolfius T. I p. 556, extatque in bibl. Oppenheimeri, in cujus *Catalogo* f. 16 vocatur liber profundus philosophicus, reliqui omnes vel fere omnes ignoti. Conf. dicta ad cod. 315, qui eorum plerosque continet. Quamvis porro quae in utroque codice habentur hebraicae R. Jeh. fil. Mosis fil. Danielis versiones, sane non paucae, singulas Wolfius reticeat, ut et pecu-

liaria quaedam ipsius opera, nonnullorum tamen indicia apud eum extant. Nam expositio illa Psal. XXIX et quinque postremorum, cujus mentionem facit T. I p. 448, ea hic occurrit in comm. in selecta sacrae Scripturae loca. Qui autem fortasse ejus esse dicitur a Wolfio T. IV p. 835 tractatus ms. de prophetia, qui servatur in bibl. Taurinensi, non dubito quin ejus reapse sit, sintque sectiones illae in libros propheticos, quas sub n.° II.° enumeramus. Liber פרחי אלהות *Florum divinitatis*, qui aliter, ut ad calcem monetur, vocatur liber הסבות *De caussis*, hic ut anonymus recensetur, ut et in aliis nostris codicibus. Sed eum a nonnullis attribui Aristoteli, ab aliis Algazalio, jam animadvertimus ad cod. 286 ex antiqua huj. cod. nota.

COD. 1175

R. PERIPÒTH DURAN *Mahassèh ephòd*, *Opus ephod*, chart. rabb. in 4.° sec. XV.

Quartum hoc est inediti hujus insignissimi grammatico-critici operis exemplar, ad cujus initium judaeus quidam de ejus aetate haec annotavit: » Auctor libr. suum egregium composuit an. 5163 ab orbe condito, ut legitur ad calcem cap. XXXII, cujus anni signum habes in Eljasaph בן דעואל min. supp. ». Notat reapse Ephodaeus hoc loco quum scribebat, annum decurrere ab everso templo 1335, ut constat ex fusiore ejus textu a nobis producto ad cod. 800. Cui anno si annos addis 3828, qui eversionem praecesserunt, erit annus conditi mundi 5163, ut recte supputatum est, 1403 nostro respondens.

COD. 1176

R. JEHUDAE CORSANI fil. Josephi *Tractatus Aròn hedud*, seu *De arca foederis*, chart. rabb. in 4.° an. 1538.

Diversam cognominis scribendi rationem, quam supra animadvertimus ad cod. 69, noster hic codex non conciliat, sed auget. In titulo namque legit *Castani* vel *Bastani*, in praef. vero כברסאני. Quod scriptoris vitio tribuendum, primo loco oscitantis, secundo dubitantis, quamnam praeferret. Ad calcem: » Ego Jehudas fil. Samuelis Firmiensis scripsi hunc librum tractatus de arca foederis R. Jehudae philosophi fel. m., et absolvi hodie feria II die XXII mensis ijar anno 298 minoris supp., scripsique illum in gratiam R. Jonathanis fil. Samuelis ».

COD. 1177

GALENI *Ars parva*, seu *Compendium praxis medicae* cum *Commentario* Ali

ben Retzuàn, bombic. rabb. in 4.° sec. XIV.

Hoc opus, heb. inscriptum מלאכה קטנה cum eodem commentario extat etiam in Leidensi et Colbertina, teste Wolfio T. III pag. 167. Quis ex arabico hebraice converterit, noster hic codex non indicat. Sed indicat Colbertinus, nunc publ. Paris. 398, testans id factum esse a R. Jeh. fil. Sam. Aben Tibbòn, qui propterea nostrae versionis auctor habendus est, quum non dubitem, quin conceptis verbis cum Colbertina congruat. Incipit: » Dicit Alì filius Retzuàn: institutum nostrum est ea illustranda deligere quae obscura sunt in Galeni verbis in libro ejus, qui dicitur Ars parva ». De hoc auctore Alì ben Retzuàn agit Wolfius T. III pag. 92, cujus et aliud opus refert de medicinae fundamentis, sed hoc nostrum expresse non nominat, illud unum subdens eundem in nonnulla Galeni esse commentatum. Ter extat in bibliotheca publica Parisiensi, videlicet in cod. 393, 398, 399, sed mutato vel corrupto ubique nomine auctoris Elì fil. Retzan, Alì ibn Rizvan, Alì ibn Rodovan.

Cod. 1178

R. Mosis Maimonidis *Tractatus de tuenda valetudine* a R. Mose fil. Sam. ben Tibbòn hebr. versus, bomb. rabbin. in 4.° sec. XIV.

Character rabb. orientalis implexus ac lectu difficilis. Paullo diversus est titulus, qui sectiones praecedit ס׳ הבראות והנהגתו *Liber de valetudine et de ea tuenda;* at vero post sectiones libri, quae sunt viginti, communis adhibetur ספר הנהגת הבראות. Illud porro singulare habet codex, quod interpretis nomen, quod hucusque ignorabatur, disertissime prodit, ut supra innuimus ad cod. 143, hanc ad calcem ejus epigraphem subjiciens: » Hunc tractatum composuit rabbinus magnus, doctor justitiae, R. Moses servus Dei aben Maimon fel. m. in gratiam regis unius ismaelitae, vertique eum ego Moses fil. R. Sam. ben Tibbòn ». Quod et in Wolfio sub utroque auctore supplendum.

Cod. 1179

Pentateuchus, membr. hisp. lucul. 4.° min. sec. XIV.

Extat ad marg. masora parva, et manuductio ad exarandos sacros synag. codices. Deflectit tamen identidem, quod in hisp. mss. rarissimum, a masoretico textu tum in plenis ac defectivis, tum in rarioribus ipsis ac gravioribus lectionibus. Unicus est Num. XXVI 1,

fere unicus Genesis XXXVIII 3 et L 25.

COD. 1180

R. JACOB FIL. ASCER *Liber Even ahèzer*, seu *III Ordo Arbàh turim*, membr. rabb. 4. min. 2 col. an. 1479.

Ornamentis varii coloris sed rubri potissimum distinguuntur sectionum et capitum exordia. Extat et gentilitium stemma antiqui possessoris. Sub finem: » Benedictus qui dat eloquia pulchritudinis, adjuvitque me ut hunc librum absolverem. Ego autem sum cinis et pulvis, ego Eleazar fil. R. David Levitae fel. m. scriba. Scripsi illum in gratiam socii R. Salom. fil. Jechiel, absolvique auxiliante Deo hodie feria III die XVI mensis ab an. 5239 ab O. C., hic in urbe Borgo-novo eum descripsi ».

COD. 1181

R. JACOB BEN MACHIR BEN TIBBÒN *Tabulae astronomicae* cum *Excerptis* Albumasar, et magistri Bonet Bongoran, membr. rabb. in 4.° sec. XIII vel in. XIV.

Suspicor Bonet Bongoran eundem esse cum Bonet ben Goron, ad quem epistolam suam cel. misit Ephodaeus, et de quo sub Ephodaeo ipso, seu Peripoth Duran, mentionem facit Wolfius.

COD. 1182

R. OBADIAE SPHORNI *Commentarius in Pent.*, chart. rabbin. in 4.° an. 1563.

Epigraphe: » Finitus est et absolutus, laus sit Deo creatori seculi, hodie feria III die XXII martii an. 323 ». Paucis ergo annis praecedit codex editionem libri, quae Venetiis prodiit an. 1567.

COD. 1183

1.° PLATONIS *Sententiae morales*.

2.° ARISTOTELIS *Apophtegmata*.

3.° Ejusdem *Epistolae ad regem Alexandrum*.

4.° *Historia Alexandri*.

5.° ANONYMI *Ben meleck veanazìr*, seu *Dialogus moralis filii regis et nazaraei* heb. versus a R. Abr. Chasdai.

6.° NACHMANIDIS *Epistola ad filium suum*.

7.° R. JEHUDAE ABEN TIBBÒN fil. Saulis *Epistola moralis* seu *Didascalica ad filium Samuelem*.

8.° ANONYMI *Liber de conscribendis epistolis*.

9.° R. SAL. BEN GAVIRÒL *Poema morale*, bomb. rabbin. in 4.° sec. XIV.

De Platonis et Aristotelis sententiis et epistolis nonnulla diximus ad cod. 424. Ben melech veanazìr incipit a sect. XVI, collatusque cum CPol. editione ac Mantuana

ab iis interdum differt. Jehudam Tibbonidem אגרת המוסר, seu epistolam didascalicam ad formandos filii mores scripsisse Bartoloccius animadverterat. Sed Wolfius de ea quidem videtur dubitare T. I p. 455, subdens nescire se qua fide illud adfirmet. Perperam Bartoloccii fidem in dubium vocari noster hic codex ostendit, qui epistolam ipsam sistit. Ex viginti sectionibus, quibus constare debebat liber de conscribendis epistolis qui sequitur, nonnisi sex supersunt. Auctor ignotus. Gabirolii poemati nonnulla alia ejus carmina subjiciuntur una cum tochechà Jeh. Levitae, ac quibusdam versibus Jehudae Barcinonensis a Wolfio non memoratis, et nota, qua traditur » mortuus Maimonides nocte feriae II diei XX mensis tebeth an. 1516 aetatis annorum 69 ». Annus hic de aera contractuum intelligendus, inciditque in an. Christi 1204. Contradicit ergo nota iis qui volunt obiisse an. 1201 vel 1205, et quidem aetatis an. 70, Ganziumque confirmat et Immanuelem ben Jekutiel, qui obitum illius amandant ad an. 4964 ab orbe condito. Sed de hoc legantur quae protulimus in *Dictionario* nostro *hist. judaicorum auctorum* T. II p. 23.

COD. 1184

KIMCHÌ R. DAVID *Commentarius in Isaiam*, chart. rabb. in 4.° min. sec. XV.

Sub initium quaedam deficiunt. Loca antichristiana habet integra, censoris tamen manu plerumque deleta, illudque singulare quod ubi alii codices Isai. XLIX 6 et alibi legunt Jesu, vel crucifixi nomen, ipse plerumque aliud אלהיהם *Dei sui*, vel eorum, videlicet christianorum, substituit.

COD. 1185

HIPPOCRATIS *Aphorismi* hebr. versi cum anon. *Comm.*, chart. rabb. in 4.° sec. XVI.

Ineditus et ignotus commentarius, cujus auctor latet sub nomine talmìd, seu discipuli.

COD. 1186

ANONYMI *Pedàch devarai*, *Apertio* vel *initium verborum meorum*, opus grammaticum, membr. rabbin. in 4.° min. sec. XV.

Deest I folium seu praefat. pars. Integrum et antiquius exemplar suppeditat codex 687. Uterque interdum ab edito discrepat.

COD. 1187

ANONYMI *Constitutiones jud. rituum*, memb. et bomb. rabb. 4.° min. sec. XIV vel XV.

Cod. 1188

R. Obadiae Sphorni *Comm. in Pentateuchum* et *in Psalmos*, chart. rabbin. in 4.° sec. xvi.

Posterior comm. in Psalmos est ex alia manu, et protrahitur tantum usque ad Psal. xlvi, quo amanuensis desiit.

Cod. 1189

Liber *medicamentorum* ac *secretorum* ex variis auctoribus collectus, chart. rabb. in 8.° sec. xv.

Initio codicis proponi video varia unguenta messer Lazari, et Eliezeris medici, quorum nomina iterum sub finem comparent. Pleraque anonyma sunt. Inter ea, quae auctorem exprimunt, numeranda est unctio pro articulare dolore Levi Gersonidis, quem notat quidem Wolfius medicum fuisse, sed nullum ejus profert scriptum, quod ad medicinam pertineat. Interdum occurrunt notae et observationes autographae cujusdam Gabrielis fil. Jeh., et inter medicamina alia secreta naturalia.

Cod. 1190

R. Davidis Kimchì *Commentarius in Psalmos*, chart. rabb. in 4.° sec. xv.

Incipit a Ps. xvii, integra habet nec obliterata loca antichristiana, et desinit ad Psal. cxliv ii.

Cod. 1191

Anonymi *Sod ahibbùr*, *Arcanum intercalationis*, memb. rabb. 4.° min. sec. xv.

Libri intercalationis r. Isaaci fil. Aaronis meminit Azarias de Rubeis in *Meòr enaim*, et Wolfius t. I pag. 645, qui idem profecto videtur cum eo, quem ut ms. extantem in Uffenbachiana idem Wolfius inter anonymos recenset t. iI p. 1390. Nec nostrum hunc diversum esse primum conjeceram, sed instituta testimonii, quod conceptis verbis Azarias profert, collatio aliter evincit. Nostrum hoc exemplar paullo plenius est in fine altero cod. 167, explicitque versibus quibusdam super ordine sectionum legis. Folio 4 producitur quidam r. Sabtai Donolo medicus, nobis ignotus. Ad calcem extat mactandi facultas Eliae fil. Samuelis data die x ijar an. 5225, Chr. 1465.

Cod. 1192

Tikkun seu *Ritus jejuniorum et confessionis* cum *sacris Canticis* ac *precibus*, item *Sect. variis legis* ac *prophetarum*, ac *Psalmis*, *Libro Threnorum* et *Cantico Deut.*, chart. ital. in 4.° oblungo an. 1481.

Ad calcem I partis dicitur absolutus ordo jejuniorum an. 241 min. supp., qui annus sub finem II partis repetitur, sed ex majori computo 5241.

COD. 1193

COMPEND. MACHAZÒR, seu *Brev. precum* cum *Psal.* occurr., membr. rabbin. in 12. maj. sec. XV.

COD. 1194

SIDDUR, seu *Ordo precum* cum *Psal.* occurr., membr. rabb. in 12. sec. XV.

COD. 1195

PROVERBIA, JOB, DANIEL, memb. rabb. in 12. sec. XIII vel in. XIV.

Evanido charactere cum punctis. Incipit Prov. VII 17, Job VIII 6, et desinit Dan. III 22. Perrara lectio in *Scholiis* Jobi XXIV 22, et XXX 13.

COD. 1196

SIDDUR seu *Ordo precum* cum *Cantic.* Mosis ac *Psal.* occurr., membr. rabb. cum miniaturis in 16. sec. XV.

COD. 1197

PSALTERIUM, memb. rabbin. in 32. sec. XV.

COD. 1198

MACHAZÒR cum *Cantico cantic.*, *Ruth*, *Eccle.*, ac *Targum variarum sectionum*, sive *legis*, sive *prophetarum*, quae diebus festis leguntur, memb. rabb. 4.° sec. XIII.

Extant in utroque textu, sacro ac targumico, variae lectiones rarioris commatis, immo et unicae. V. *Scholia* nostra *crit.* ad Eccle. I 10, et VIII 17.

COD. 1199

1.° TRACTATUS TALMUD. *Purim* cum *Tosephòth* et *Comment.* Rascì.

2.° ANONYMI *Seder*, seu *Ordo Miscnae* et *Talmudis*, chart. rabb. 4.° sec. XV.

Ordo Miscnae clarius inscribitur ac plenius » Ordo traditionis legis oralis per singulas generationes a Mose doctore nostro usque ad secula amorraeorum, et gheonaeorum », summatim omnes traditionis custodes ordine recensens. Idem profecto est, quamquam paullulum diversus, cum ordine seu catalogo miscnicorum ac gemaricorum doctorum, quem allegat Azarias in *Meor enaim*, refertque Wolfius T. II p. 1379, scriptus a quodam Mardochaeo, nam ubi nomen hoc occurrit, punctis notatur.

COD. 1200

R. ELIAE DE COTARINO, vel Cotrino *Biur*, seu *Commentarius in* Sphorni *Or a-*

mìm, chart. rabbin. in 4.° seculi xvI.

Nulla sive auctoris, sive libri in Wolfio ceterisque bibliographis vestigia. Nullus etiam libri titulus qui prodat ejus auctorem et argumentum. Prodit tamen utrumque exterior membrana quae tegit codicem, ubi titulus quaerendus in opposita vel supina parte oscitanter scriptus.

COD. 1201

ANONYMI *Bescoràd masciach ben david*, seu *Evangelium Messiae filii Davidis*, chart. rabb. 4.° in. sec. xvI.

Ignotus auctor hoc sibi in ignotissimo hoc libello institutum proponit, ut selectis capitibns ea summatim comprehendat, quae Messiam frustra expectatum, ejus tempora, regnum, fidem, miracula, gesta respiciunt, totidemque congestis prophetarum oraculis confirmet, saepe assumpto ac repetito sub capitum initium titulo ac vocabulo bescorà, seu evangelii a sacris nostris novi foederis scriptoribus adhibito. Hinc iI caput inscribitur evangelium unius fidei, iiI evangelium regni Messiae.

COD. 1202

R. JEHUDAE BRIEL *Assagòth*, seu *Argumenta contra narrationes apostolorum*, vel *Evangelia*, ac primo contra librum Matthaei, chart. rabb. 4.° recentioris aetatis.

Auctorem varia scripsisse, inter quae nonnulla ad veritatem religionis judaicae stabiliendam pertinentia, ex Angeli Contarini testimonio et epistola ad Ungerum data monet Wolfius T. iiI p. 306. Quae tamen sint apologetica sive etiam antichristiana ea scripta, uterque reticet, nec ullus, quod sciam, posteriorum bibliographorum exprimit. Eorum nos tria quae possidemus, prodidimus in *Bibliotheca jud. antichr.* p. 21 et in *Dict. hist. jud. auctorum* T. I pag. 75, quorum unum, seu nostrum hoc, hebraice est exaratum, bina alia italice. Primum, reliquis copiosius ac gravius, est quod pervulgatissimo polemico Pinamontii operi, *Sinagoga disingannata* inscripto, opposuit. Illud nos in *Tractatu de vana judaeorum expectatione* p. 44, 57, 101, et in ejus *Apologia* pag. 64, omnium primi, produximus, ac de eo adhuc dicemus, infra italicos nostros codices descripturi. Alterum nostrum istud est opusculum, quod auctor ipse in priori illo opere bis memorat, primo fol. 48 » come da me accennate in operetta ebraica, intitolata Argomenti, o siano Opposizioni agli Evangeli », i-

terumque fol. 120, » come ho fatto vedere nelle Opposizioni ebraicamente scritte sopra gli Evangeli ». Quamquam porro non contineat codex, nisi solum Matthaei librum, ejus examen protrahens usque ad XIX caput, quod incompletum relinquit, non dubito tamen quin integrum editum sit, in aliisque codicibus servetur. Postremum minimae molis est dissertatiuncula, quam italice scripsit de miraculis. Auctorem summopere laudant, R. Salomon Basila ejus discipulus in praef. ad Emunàd chachamìm, regiensis rabbinus Israel Bin. Bassani, qui illum noverat, in epistola an. 1771 ad me data, potissimum autem ejus laudes fuse celebrat R. Simson Coèn Modon in Kinà, seu lugubri carmine, quod in ejus funere Venetiis vulgavit an. 5482, Ch. 1722. Ex quo intelligimus Jehudam nostrum feria III die VI mensis av ejusdem anni 482, in urbe Mantuae, ubi primarii synagogae praefecti officio fungebatur, supremum diem obiisse.

COD. 1203

1.° R. JONAE GERUNDENSIS *Comm. in Pirkè avòth*.

2.° Ejusd. *Commentarius in Perek* seu *Capitulum R. Meir*.

3.° *Pirkè*, seu *Capitula R. Eliezer*, bomb. rabb. in 4.° sec. XIV vel in. XV.

Non apparet ex titulo ob vetustatem evanido et exaeso, cujus sit primus liber. At ex collatione patet eum congruere cum comm. R. Jonae alterius nostri cod. 619, cujus nominis etiam vestigia quaedam servantur. Sequitur ejus comm. in capitulum R. Meir, quod in multis codicibus seorsim exhiberi, perinde ac si ad Pirkè avòth non pertineret, ut reapse non pertinet, monuimus ad cod. 113.

COD. 1204

CANTICUM CANTICORUM cum inedito *Comm.* R. Abrahami Levitae fil. Isaaci, chart. in 8.° an. 1475.

Textus charactere exaratus quadrato italico sine punctis, comment. rabbinico, ad cujus calcem haec extat amanuensis subscriptio: » Absolutus est comm. Cantici cantic., laus sit magnifico in magnificis; die VII mensis chislev an. 236 finem illi imposui ego Menachem Lachi hic Ferrariae ». Cujus scriptoris et ms. nota sub initium occurrit. Ineditum hunc Abrah. Levitae comm. reperiri quoque Parisiis in bibl. Oratorii monet Wolfius T. III p. 44 sub n.° CIV c. Extat etiam ms. ad marg.

exemplaris mei v Meghillòth cum comm. Aramae et Jarchì ex editione Ripae Tridenti an. 1561.

Cod. 1205

1.° R. Biniamin fil. Jehudae aliorumque *Carmina varia*.

2.° Anonymi *Libellus de luctu mortuorum, seu ritu in eo servando*, chart. rabb. in 12. sec. xv.

Auctorum nomina produnt eorum carminum initiales. Biniamini fil. Jehudae noti sunt commentarii in varias sacrae scripturae libros, quos et nos possidemus, sed ignota haec ejus carmina. Praeter hunc dant eae litterae nomen Josephi Mosis et Jacobi Levitae, qui forte idem est cum auctore Minaghim, de quo Wolfius T. I p. 603. Quod subditur anonymum subque finem deficiens opusculum sex constat capitibus, in quibus agitur de luctu mortuorum rituque in eo servando.

Cod. 1206

Pentateuchus, membr. ital. in 12. sec. xv.

Criticae notae, binorumque canticorum distributio ostendunt esse tikkùn sopherìm. Initiales minores sunt, extat in primis foliis masora parva deinceps non continuata, variaeque identidem Hilleliani codicis aliorumque lectiones ad marg. adnotantur.

Cod. 1207

Siddur tephilòth seu *Ordò precum* cum *Psalmis* occurr., membr. in 12. init. seculi xiv.

Pleraque char. quadrato sat eleganti, rabbinico vero quoad preces festi Rosc ascanà, ad calcem additas. Sub init. mutilus.

Cod. 1208

R. Jeremiae Mosis Menachem Coèn fil. Raphaelis *Commentar. in Pirkè avòth*, cum textu, chart. rabbin. in fol. anni 1595, ineditus et autographus.

Auctor Wolfio ceterisque bibliographis ignotissimus, quem Venetum fuisse indicat praef. exordium. Testatur enim se e Venetiis egressum fuisse, terra nativitatis suae, ac profectum Mantuam, ubi septem annos mansit. Notat autem Mantuam sedem fuisse legis ac sapientum, qui etiam ex longinquis regionibus ad eam profluebant, et academiam R. Isaaci Port frequentabant, quorum praecipui erant R. Nephtalì fil. Menachem, R. Abraham Praga, et R. Joseph fel. mem., qui in terram sanctam migravit, instituto per Poloniam itine-

re. Postremus hic quis sit, nescio, sed primus ille est R. Naphtalì Hirtz, de quo Wolfius T. I et III sub n.° 1171, omisso utrobique patris Menachemi nomine. Is commentarios edidit in voces difficiliores Rabbòth in Pentat. et V Meghillòth an. 1569 Cracoviae editos. Quod monet Wolfius, codexque noster confirmat, sed in germ. auctoris cognomine dissentiunt, quod Hirtz vel Hertz, seu Cervum, Wolfius appellat, codex צבי Tzeni, hebraice חמיד ורגיג, *desideratus, desiderabilis,* ex verbo, ut videtur, germanico *Sehnen*. Addit codex eum in terra sancta, quod hucusque ignorabatur, defunctum fuisse. Constat codex fol. 173. Fol. 167, quo opus desinit, haec auctoris legitur epigraphe: » Coepi hoc opus post festum matzòth, seu azymorum anno 355 mense nissan, absolvique, Deo adjuvante, feria III initio mensis tamuz ejusdem anni spatio binorum mensium ». Postea flaviori charactere aliaque manu paullo recentiori subjicitur nota folio agglutinata, qua verbis maestitiae ac doloris auctoris nostri obitus ipsissimo, quo incidit, die indigitatur. » Dies afflictionis ac pressurae est dies haec... quia ob iniquitatem seculi congregatus est justus, vocatusque ad caelestem academiam excell. et cl. gaòn R. Jeremias Moses Menachem Coèn filius justi ac sancti Raphaelis fel. m., hujus libri auctor... Fuit autem hoc feria III die XIV mensis tebeth an. 365 minoris judaeorum aerae », hoc est sub fin. decembris exeuntis an. nostri 1604. Qui scribit, ait se scribere inter lacrymas oculorum suorum, et esse minimum discipulorum ejus פ״שׁ. Notam hanc fusus excipit totius operis index. Crebrae porro per totum opus et in singulis paginis sive in textu, sive in marg. occurrunt mutationes, additiones, correctiones antiquae ac primae manus, quae exemplar istud ipsissimum esse auctoris autographum evincunt, pretiosum et unicum.

COD. 1209

1.° PORPHYRII *Isagoge ad Logicam* ex *Expositione* Averrois et hebr. versione R. Jacobi Antoli cum *Scholiis* marginalibus R. Mosis Rophè de Rieti.

2.° ARISTOTELIS *Liber de Categoriis* ex *Expos.* ejusdem Averrois et versione Antoli.

3.° Ejusd. *Liber de interpretatione* ex *Expos.* et vers. eorumdem, chart. rabb. in fol. min. sec. XV.

Textus seriori manu ad alios codices saepe recogni-

tus et emendatus. De Mose Reatino ejusque operibus Wolfius sub n.° 1651, ubi tamen frustra ejus Scholia in Porphyrii Isagogem exquiruntur.

COD. 1210

1.° R. GERSON fil. Salom. *Sahar ascamaìm, Porta caelorum*.

2.° AVERROIS *Commentarius in* Aristotelis *Librum de anima,* ex vers. Mosis Tibbonidis, chart. rabb. in fol. min. sec. XV.

De priori libro Wolfius T. I pag. 285, trium quibus constat, partium argumenta ex Sabtaeo recte enucleans. Is ms. in variis aliis bibliothecis servatur, editusque est Venetiis an. 307, Ch. 1547, ex qua editione, quae ad manus est, codicem nostrum, qui titulo caret et prima primi tractatus sectione, hunc librum continere didicimus. Congruit cum edito, paucis exceptis iisque non magni ponderis discrepantiis, nisi quod in edito addatur ad calcem tractatus de rebus astronomicis, qui in ms. desideratur. Eum autem addititium esse nec auctoris, non modo ex hoc ipso eruitur, quod in mss. codicibus desit, sed et ex ipsa libri praef., in qua testatur Gerson sub fin. III partis addere se Averrois dissertationem quae agit de divina sapientia, seu metaphysica. Hac itaque ut in nostro codice fit, opus absolvitur. Adde de astronomicis jam agi ab auctore in parte II, quae tota in iis versatur. De libro ipso ejusque auctore adi *Biblioth.* nostram *jud. scriptorum* T. I pag. 126 et Uri *Catal.* p. 75. Idem plane est Averrois comm. in Aristotelis librum de anima cum eo, quem continet cod. 935. Eadem ad calcem interpretis epigraphe, in anno tamen dissentiens. Legit enim nostra haec: » Verti autem illum ego Moses fil. Samuelis fil. R. Jeh. ben Tibbon fel. m. ex lingua arabica in heb., finitaque est translatio an. 5021 ab O. C., 33 omer ». Quam lectionem et aeram priori illa esse verisimiliorem ad eum codicem animadvertimus, et ex Tibbonidis aetate etiam ostendimus. Ex prima pagina posterioris hujus libri, seu initialibus linearum litteris punctis notatis, quae in ea occurrunt, eruitur scribae nomen Mosis Coën.

COD. 1211

R. MOSIS KOTZENSIS *Liber magnus praeceptorum*, dictus *Samag*, memb. rabb. in 4.° maj. 2 col. sec. XIV.

A majusculo aureo verbo varioque ornato colore incipit, saepeque exhibet mar-

ginales notas, additamenta, emendationes, sed in corpore et ad calcem valde mutilus. Perfecta alia operis exempla habes sub n.° 790, et 1063, omnium autem antiquissimum in cod. 93.

Cod. 1212

Machazòr italicum cum *Sect. biblicis* ac *Psalmis* occurr., *Cantico cantic.*, *Threnis*, *Pirkè avoth* cum *Comm.* Maimon. ac fusa ejus praef., seu *Octo capitibus*, *Perèk* R. Meir cum *Comment.* Jarchì, memb. rabb. 4.° maj. sec. XV.

Leguntur inter preces Jeh. Levitae hymnus Adòn chasdechà, Gavirolii et Eliae azaròth, rescud Joabi de synagoga, gheulà Aben Ezrae in festo pentecostis, ejus selichà, jotzer sabbathi ante novum annum Josephi fil. Matathiae, Biniamini carmen, et Saadiae confessio.

Cod. 1213

R. Jacobi Levitae, per comp. dicti Maharil, *Liber minaghìm*, seu jud. rituum, chart. rabb. in 4.° an. 1555.

Hanc ad calcem fert librarii notam: » Ego scriba, botrus cypri, qui dat eloquia pulchritudinis, absolvi, opitulante Deo, Minaghìm feria v, die XXI, quae est init. mensis av an. 315 min. supp., iique sunt scriptio mea et obsignatio mea, dicit Isaac filius Eliae Manos, qui vivat ad dies bonos amen, de synagoga Pragensi ». Sabionetae editus anno seq. 316, Chr. 1556, non 1576, ut mendose habet Wolfius T. I p. 603, qui et male Bodlejani exemplaris editionem, cum Oppenheimeriano ipsissimam distinxit, ut olim observavimus in *Annalibus heb. typ. Sabionetae* ad eum annum.

Cod. 1214

R. Samuelis *Institutiones hebraicae* cum *Expositione vocum anomalarum sacri textus*, chart. rabbin. in 8.° seculi XVI.

Ineditae anonymique auctoris, sed in indice litterarum servilium hae indicantur verbis אני שמואל הכותב *Ego Samuel scriptor*, vel שמואל הכתיבן *Samuel eas describendas curavit*. Videntur ergo ei tribuendae. Is autem esse non potest R. Samuel Levita Naghìd, qui in Catalogo grammaticorum jud. a CPol. judaeo contexto, et a Morino, Simonio, le Longio, ac postremo a Wolfio exhibito T. I p. 337, memoratur, si is quidem, ut testatur Ganzius, obiit anno Chr. 1055. Memorat enim noster Aben Ezram, et Ephodaeum. Nescio autem an esse possit Samuel alter Naghìd priori recentior qui in-

troductionem Gemarae, aliosque multos libros, et quidem, si Michlol jophi et Sabtaeo credimus, numero binos supra viginti, composuit. Auctor sane Ephodaeo est recentior, doctus, et in gram. versatissimus. Est enim opus optimae frugis summaque cura elaboratum.

COD. 1215

MACHAZÒR ritus polonici cum *Sect.* variis *Pentat.* ac *Prophet.*, membr. germ. in fol. seculi XIII.

Occurrunt primo Parasciòth et Aphtaròth quaedam, quae in variis festis leguntur binis col., deinde vero preces rosc ascanà, seu novi anni, chippùr sive expiationis cum selicòth et pizmonìm, jotzeròth, oscahòth, et preces succòth. Integrae plerumque et intactae extant eae, quae creduntur christianos respicere, crebra ad marg. apposita sunt scholia serioris manus obscuriora precum loca vel phrases illustrantia. Sic ad eum versum מיודעי ספר חתם קצי *A doctis obsignavit* vel occultavit *terminum meum* alphabeticae orationis quae incipit אנוסה, haec conspicitur marginalis nota. » Omnium captivitatum notus fuit finis, sed edomaeae est absconditus. A doctis quidem omnibus absconditus, ut dictum est, non possum, obsignatus enim est. Etiam videntes mei ac prophetae mei ignorant tempus finis. Quoniam captivitas edom est omnibus durior, nec pios habeo ac prophetas ut in aliis captivitatibus, qui de me meditentur. Extiterunt enim in captivitate babelica Daniel, Ananias, Misael et Azarias, in medica Mardochaeus et Esther, in graeca Asmonaei ». Codicem claudit aphtarà ex Josuae I desumpta, ac Samuelis cujusdam filii R. Simson fil. R. Samuelis, qui puncta adjecit, epigraphe, primum hunc esse laborem suum testantis et implorantis a lectoribus veniam, si errata repererint.

COD. 1216

MACHAZÒR seu *Preces diei expiationis*, membr. germ. in fol. sec. XIII.

Adsunt et ad hujus codicis marg. frequentes notae, quibus obscuriora precum vocabula explanantur.

COD. 1217

R. ISRAELIS NATHAN SONCINO *Simanè* seu *Index Canonis* Avicennae, chart. rabbin. in fol. min. sec. XV.

Ipsius Israelis autographum, qui bis nomen suum designavit, sub codicis initium, et sub finem I libri. Erat is pater Josue, qui an-

no 1484 celebrem Soncinatum typographiam in oppido ipso Soncini, quod familiae nomen dedit, erexit, ediditque eodem anno tract. Beracòth, et Mivchàr appeninìm, avus autem cel. Gersonis qui sive in variis Italiae urbibus, sive CPoli, sive decurrente xv seculo, sive sub init. xvI usque ad an. 1533 tot libros hebraicos vulgavit. In genealogia familiae, quam nepos ipse Gerson contexit in titulo Michlòl CPoli editi, auctor noster vocatur חכם המופלג *doctor egregius*. Patet autem ex nostro cod. Soncini nomen familiae nomen primum fuisse, non patriae, ut typographi ex eo oriundi maluerunt deinceps accipere, Soncinates se appellantes.

Cod. 1218

Abu Achmet Algazeli *Liber de opinionibus philosophorum* cum *Comm.* R. Mosis filii Baruch Almosnino, chart. rabb. in 4.° sec. xvI.

Comm. titulus, ut ex praef. constat, est Migdàl òz, seu *Turris fortitudinis*, eumque profert Wolfius T. I p. 806, sed male notat esse expositionem alterius Algazelii libri הרס, seu *Destructionis* philosophorum. Qui exponitur, est liber Cavanòth seu opinionum, ut recte admonet nostri codicis inscriptio luculento char. hisp. expressa ac vivente adhuc ipso auctore, ut benedictionis sigla נר״ו ostendit. Ceterum tot in comm. textu extant liturae, mutationes, emendationes, additamenta a prima ipsa manu profecta, ut gravissima hinc ac verisimillima oriatur conjectura ipsissimum hoc esse Almosnini autographum. Ejusmodi enim sunt, ut a solo auctore fieri potuerint, a scriba nullomodo, potissimum eo superstite. Tota autem codicis ratio ac character produnt eum in oriente et auctoris ipsius aetate fuisse exaratum.

Cod. 1219

Biblia cum *Masora*, memb. hisp. in 4.° 2 col. seculi ineuntis xiv.

Incipit a Levit., et desinit II Paral. xxxv 18. Initiales majusculae nullae pro more hisp. codicum, masora in superno et imo margine brevior, libri poetici metrice divisi, post Job occurrunt v Meghillòth et hoc quidem sing. ordine, ut primo veniat Ruth, deinde Canticum, Esther, Threni, Ecclesiastes. Kerì saepe in textu ex prima manu reperiebatur, nec desunt variationes aliae majoris momenti. Josue xxI leguntur bini cel. versus. Unicus est in *Scholiis* nostris *criticis* Amos III 11,

Psal. XLIX 15, Dan. IX 25, Esdr. III 9, Nehem. VII 53, II Paral. IX 29, fere unicus Amos VII 2. Psal. XLIX 20, Dan. IX 25, Esdr. VIII 17, Neh. VII 7, rarus Deut. XI 24, Isai. XXX 32, Ez. XVI 27.

Cod. 1220

1.° R. Mosis fil. Scem Tov de Leon, seu Legionensis *Liber ascèm* seu *de Deo*.

2.° R. Abr. ben David posterioris *Rascè pirkè sodòth*, sive *Praecipua capita arcanorum*.

3.° Anon. *Sod akkedoscà*, seu *Mysterium sanctitatis*.

4.° R. Scem Tov de Faro *Liber* seu *Epistola ajichùd* vel *unitatis*.

5.° Anonymi *Commentarius x sephiròth*.

6.° *Sod lireàv*, seu *Arcanum timentium illum*.

7.° R. Chamai *Liber ahijùn* scu *contemplationis*.

8.° Anon. *Comm. in textum Proverb.* » *Tria haec occultata sunt a me* ».

9.° Anon. *Sodoth annekudòth* seu *Arcana punctorum*.

10.° *Sahar achavanà, Porta* vel *Sectio intentionis*.

11.° R. Eliezeris fil. Jehudae *Ilcòth tescuvà*, seu *Constitutiones de poenitentia*, chart. rabb. in 4.° min. sec. XIV, vel in. XV.

Cabbalistica omnia omniaque inedita, si solas excipis Eliezeris, sive ut plerique codices et auctores legunt, Eleazaris Wormatiensis constitutiones poenitentiae ex ejus libro Rokèach depromptas, quae etiam ab editione ipsa summopere discrepant, et videntur potius editarum compendium. Multa quoque ignota. Mosis Legionensis liber Ascèm est comm. in x sephiròth, qui extat etiam in Oppenheimeriana. De eo Wolfius T. I ac III sub num. 1660. Idem enim est auctor R. Moses de Leon seu Legionensis cum R. Mose ben Scem Tov Legionensi, a Wolfio perperam distinctus, a quo propterea eradendus est ut supervacaneus, num. 1586. In posterioris autem nomine efferendo nomen patris identidem, ut in aliis auctoribus usuvenit, omitti, unde Wolfii hallucinatio evenit, noster hic codex confirmat amplissime, cui vetustus possessor Nathan filius Jeh. Ottoleng hanc notam tituli loco praeposuit: » Liber hic vocatur liber Ascèm, composuitque eum cabbalista R. Moses de Leon fel. mem. ». Praecipua ea capita arcanorum accepta dicuntur sub init. a R. Abr. ben David, a posteriore videlicet hujus nominis auctore qui comm. in librum Jetzirà aliaque plura edidit. Sed de iis silet Wolfius ut et de Sod akkedoscà, de Sod ליראיו Lireàv, de comm.

illo in textum Prov., et de arcanis punctorum. ס׳ יחוד Liber seu epistola de unitate, quae anonyma sub num. 4.° occurrit, eadem, facta collatione est cum R. Scem Tov de Faro diss. epistolari cabbalistica de unitate Dei, quae extat in cod. nostro 1138. Huic ergo scriptori attribuenda. Brevior incertique auctoris est comm. in x sephiròth diversusque ab eo quem idem cod. 1138 exhibet, sed liber העיון vel contemplationis diserte auctorem habet in fronte: » Hic est liber contemplationis, quem composuit rav Chamai fel. mem. princeps medabberìm, seu oratorum super interioribus et in quo revelavit fundamentum omnis existentiae majestatis, ab oculis absconditae ». Cabbalisticus ergo est, congruitque argumentum cum eo, quod statuit Sabtaeus et ex Sabtaeo Wolfius T. I pag. 377, nimirum quod exponat de arcanis essentiae Dei. Subdit titulus omnia explanare R. Chamai per viam mahassè mercavà, seu operis currus, et expositionem prophetiae Ezechielis. Libellus tribus tantum foliis absolvitur, illudque singulare, quod paullo post initium profertur R. Nechoniae filii Kanà, antiqui ac miscnici doctoris, liber היכלות *Echalòth*, seu *templorum*, ejusque initium. Librum hunc ut cabbalisticum, memorat Wolfius inter anonymos T. III p. 1183, notans eum laudari a R. Menachem Tzionì in praef. ad lib. Tziunì, qui et profitetur se eo usum fuisse. Nec dubitandum videtur, quin unus idemque sit cum nostro R. Nehoniae ben Kanà, cui attribuitur, liber alter cabbal. et celebris Bahìr, non unus idemque cum altero היכל יהוה *Echàl adonai* R. Jacobi fil. Ruben, ut frustra conjicit Wolfius. Librum alium, qui videtur et ipse cabbalisticus, bis prope finem a R. Chamai video afferri, videlicet Michlòl jophi, a variis aliis hujus tituli diversum nec notum. Ceterum opusculi nostri textus cum alio exemplari collatus est, ex quo saepe emendatur ac suppletur, cujusque variae quaedam lectiones in marg. suppeditantur. Idem margo suppeditat etiam in prima pagina partem comm. anonymi cujusdam in eundem lib. Ahijùn, quod reperisse se testatur scriba, sed in contextu mutilum.

Cod. 1221

1.° Anonymi *De argumento octodecim millium mundorum ex Zòar* cum *Comm.*

2.° Anon. *Expositio cabbalistica Scemàh israel, au-*

di, Israel, et *aliorum locorum Pentateuchi*.

3.° R. Scem Tov fil. Abr. *Cheder scem tov* seu *Comm.* in Nachmanidis *Mysteria in Pentateuchum*.

4.° Anonymi *Comm.* alter *mysteriorum Pentateuchi*.

5.° *Expositiones* aliae variae eorumdem.

6.° Anon. *Sod echalòth*, seu *Mysterium templorum*.

7.° Anonymi *Sod* seu *Mysterium templorum prophanorum*.

8.° Anonymi *Chelàl*, seu *Compendium cabbalae*.

8.° Anon. *Exemplar epistolae de mysteriis cabbalae*.

10.° R. Mosis Nachmanidis *Nichòd nafsà*, seu *Requies animae* recitata ad sepulchrum R. Abr. Chazàn.

11.° Ej. Nachmanidis *Tephilà* seu *Oratio* Hyerosolimis dicta super sanctae hujus urbis excidio.

12.° R. Meir de Rothenburg, *Quaesitum de termino redemptionis* cum R. Simeonis ben Jochai *responso*.

13.° *Binae Bakascòth*, seu *Orationes* cabbalisticae.

14.° R. Josephi ben Gecatiliae *Sod ascabbàth* et *tephilìn*, seu *Myster. sabbathi* et *philacteriorum*, chartac. rabb. in 4.° min. sec. XV.

Pleraque etiam in hoc codice cabbalistica, inedita, ignota. Primum illud seu ענין שמונה עשר אלף עולמות argumentum octodecim millium mundorum ex Zoàr desumptum esse, et reperiri in ed. hujus libri an. 357, Chr. 1597 fol. 52 recentior quidam codicis possessor ante titulum ipsum adnotavit. At vero qui cabbal. quae sequuntur, expositiones, mysteria, opuscula composuerit, incertum est, altum etiam eorum apud Wolfium caeterosque scriptores silentium. Allegantur et in iis identidem ignoti auctores et opera, ut R. Moses Tzinfa aliique. De Scem Tov comment. in Nachmanidis Sodoth seu mysteria Pentat. Cheder scem tov, seu Corona boni nominis inscripto, plura diximus ad cod. 508, ubi et varias Wolfii caespitationes emendavimus. In praef. titulus et auctor reticetur, sed antiquus codicis possessor notam ad marg. adjecit, qua uterque detegitur, quumque temporis progressu pleniorem auctoris praef. reperisset (breviorem enim et initio obtruncatam ex codice qui ejusmodi exhibebat, scriba primum descripserat), insignem quae deerat, ejus partem ad eundem marg. supplevit. De ea oratione, ניחות נפשא inscripta, seu requie animae, a Nachmanide recitata super sepulchro R. Abr. Chazàn, nihil Wolfius ceterique bibliogra-

phi, immo nihil is de Abr. ipso Chazàn, qui in oratione hac dicitur filius Isaaci, et ob ejus virtutes ac doctrinam summopere laudatur. Notissima contra est oratio altera de sanctae urbis et templi excidio a Nachmanide, quum ad urbem ipsam pervenit, dicta, de qua sat diximus ad cod. 608. Ad ejus calcem desunt in nostro codice nonnulla. Brevius est quod sequitur, Meir Rothenburgensis quaesitum de redemptionis termino, et Simeonis ben Jochai responsum, quod illi in visione factum dicitur. Ex binis bakascòth, altera de XIII midòth inscribitur, altera kedoscà et theorà, seu sanctitatis et puritatis. Sod ascabbàth, seu mysterium sabbathi diserte praesefert Josephi ben Gecatiliae, cel. cabbalistae, nomen, alterum tephilìn reticet, quod tamen alterius esse vix cogitari potest. Ignotum utrumque, nec a Wolfio, aliisque inter Gecatiliae opera memoratum.

COD. 1222

R. ISAACI DE KORBEIL *Samàk*, seu *Liber parvus praeceptorum*, chart. rabb. in 4.° sec. XV.

Praemittitur auctoris epistola, de qua ad cod. 87, correctiones autem R. Meir Rothenburgensis et R. Peretz in textum ipsum insertae sunt, praeposito tamen voc. הג׳, vel גיליון, correctio vel margo, ut distinguantur. Quod et saepe neglectum est.

COD. 1223

R. SAL. BEN ADERED *Toràd abbàith*, *Lex domestica*. Accedunt ad calcem *Dine taoròth*, seu *Leges purificationum* R. Aaronis Levitae, bomb. et memb. rabb. in 4.° min. sec. XIV.

Quinque capitibus constant Dinè seu leges subjunctae, easque depromptas opinor ex R. Aaronis fil. Josephi Levitae Bèdek abbàith, seu comm. in nostrum hunc Arisbae librum cum textu ipso Venetiis edito.

COD. 1224

R. JACOBI FIL. MARDOCHAEI *Scoscanàd jahakòv*, *Lilium Jacob*, chart. rabb. in 12. recentioris aevi.

Traditur potissimum in eo doctrina chiromantica, unde et figura manus praemittitur, editusque, ut notat Wolfius T. I p. 607, Amstelodami anno 1706. Videlicet eo ipso anno, quo auctor libellum composuit, nam folio 8 decurrentem tunc annum notat esse 466.

COD. 1225

R. JEH. FIL. JACOBI CHIJAT *Minchàd jehudà*, *Obla-*

tio Judae, seu *Comm. in lib. Maarèched ahelaùd*, chart. rabb. in fol. ineun. sec. xvI.

Praemittitur et huic codici fusa auctoris praefatio, ex qua multa peti, quae ad ejus historiam ac fata faciunt, Wolfio intacta, supra a nobis observatum est ad cod. 1073. Variat tamen saepe tum a binis aliis meis codicibus, tum ab edito noster hic textus, nec pauca ad marg. subjiciuntur anonyma scholia ejus aetatis, ex Rekanati libris potissimum hausta.

COD. 1226

R. DAVID KIMCHÌ *Michlòl* seu *Institutiones linguae sanctae*, chart. rabb. in fol. min. sec. xv.

COD. 1227

1.° R. ABR. ABEN EZRAE *Liber Tzacùd* seu *Elegantiae*.

2.° Ejusdem *Arugàd ammezimà* et *Pardès chochmà*, chart. rabb. in fol. min. vel 4.° maj. an. 1538.

In priori libro eadem praecedunt ac sequuntur auctoris carmina quae in Bombergii editione conspiciuntur an. 1546, nec nisi in rebus exigui momenti uterque textus dissidet. Is hac explicit nota: » Finitus et absolutus est liber Tzacùd, opitulante eo qui probat omne eloquium, per manum Jehudae fil. R. Isaaci fel. m. Somi de porta Ariè, vel Leonis. Scripsi autem illum pro excell. praeceptore meo R. David, quem Deus tueatur, fil. R. Abr. Provincialis fel. mem., finemque illi imposui hodie feria vI, die IV sivan, quae est III maii, anni 298 ». Sequitur elegans aliud Aben Ezrae poema, quod pro die expiationis composuit; agitque de aetate hominis, ejusdemque auctoris libellus Arugàd ammezimà, seu Areae cogitationis, de quo diximus ad cod. 213 et 1122.

COD. 1228

1.° R. JOSEPHI GECATILIAE *Liber Orà* seu *Lucis*.

2.° Ejusdem *Responsum*.

3.° R. NECHONIAE BEN KANA' *Liber Bahìr*, seu ejusdem initium.

4.° R. ABR. ABULAPHIAE *Sidrè torà*, *Arcana legis*, seu *Comment. in Morè nevochìm*, chart. rabb. 4. sec. xvI.

De primo libro, qui communiter dicitur Saharè orà, Portae vel sectiones lucis, novoque nostro ejus titulo vide dicta ad cod. 110 et 916. Quod subjicitur ejusdem Gecatiliae responsum ad quaesitum de textu quodam veterum sapientum, ineditum videtur et incompertum. Libri Bahìr nonnisi priores tres paginae exhibentur, nec plures descripsit librarius; sed integer est po-

stremus Sidrè torà, cui haec tituli loco is praemisit: » In nomine Dei israel describam comm. arcanorum Morè nevochim quae appellantur liber Sidrè torà, seu arcanorum legis », ut factum est in cod. altero 286, ubi monemus singulari hoc titulo innui comuniter aliud auctoris nostri opus, quod continet cod. noster 141, et Pent. cabbalistice illustrat, comm. vero in Morè nevochim proprie Morè ammorè appellari. Codicis scriba nomen suum litteris consignavit ad calcem primi libri, hac subjuncta nota: » Benedictus qui dat lasso robur, quique hucusque dignum me fecit qui librum hunc mihi describerem, is dignum faciat etiam intelligendi abscondita ejus arcana et reliqua legis mysteria, concedatque in eo meditari me ac semen meum, ac semen seminis mei usque in finem omnium generationum. Sic fiat. Ezras de Fano ». Qui tamquam sapiens et incola Mantuanus a R. Azaria de Rubeis laudatur in Meor enàim, ac Mantuae librum Tanchumà edidit.

COD. 1229

R. SIMEONIS BEN JOCHAI *Zoàr* seu *Commentarius cabbalisticus in Leviticum ac Numeros*, chart. rabb. in 4.° init. sec. XVI.

COD. 1230

1.° R. JOSEPHI BEN KARNITOL *Sod mercavà* seu *Mysterium currus*.

2.° R. MOSIS BEN SCEM TOV de Leon seu Legionensis *Liber miskàl* vel *trutinae*, dictus etiam *Nefès chochmà*, seu *Anima sapientiae*.

3. ANON. *Sod scemàh israel, tzitzith, mesusà, sabbathi, leviratus* et *excalceationis, kedoscà*, et *orationis diei expiationis, libri Ajchùd, div. nominis, X sephiròth*, ac *literarum*, bomb. rabb. in 4.° sec. XV.

Integer primi operis titulus: » Sod mercavà, seu Mysterium currus memorati sub initium Ezechielis, super quem sit pax ». Supra alia manu ac flaviori charactere dicitur: » Comm. initii Ezechielis prophetae », in intermedio vero spatiolo alia item manu sat antiqua subditur esse » R. Josephi ben Karnitol fel. mem. auctoris Saharè tzèdek, et auctoris libri Pardès, et libri Rimmòn ». Cujus auctoris quum esse ignoraret Wolfius, de hoc opere silet sub ejus nomine, illudque ad anonyma amandat T. II p. 1382 num. 504. Sabtaeus, ex quo hausit Wolfius, bis hunc librum recenset (nam et Marchèved jechezkel quem memorat p. 49, eundem esse opinor cum

Sod ammerchavà p. 55), sed utrobique anonymum nec in Oppenheim. exemplari quod Wolfius profert ac Catalogus haud ita pridem impressus, ullus in fronte legitur auctor. Is ergo nunc primum a codice nostro detegitur. Nec de hoc dubitare nos sinit libri contextus, quem consului, ac consuluisse videtur auctor marg. illius notae; etenim fol. 2 operis luculentum statim occurrit hujus rei argumentum in his verbis » jamque ostendimus tibi in libro Saharè tzèdek ec. » Quibus certo edocemur unum eundemque esse utriusque libri auctorem.

De opere altero Mosis ben Scem Tov haec notanda, Primo Sabtaeus et *Catalogus* bibl. Leidensis, eosque secutus Wolfius T. I p. 898 libri titulum efferunt paullo diversum Miskàl achochmà *Trutina sapientiae* sed male et sine ulla auctoritate codicum. Codex noster habet tantum ספר המשקל *Liber miskàl* vel *trutinaè*, idque tum in fronte, tum in praefatione, sicque Leidensis seu Scaligerianus, et Huntingtonianus, seu Bodlejanus, Wolfio ipso teste T. III p. 817. Deinde vero unus idemque est liber cum Nèfes chochmà, duplici nomine insignitus, non bini diversi, ut fecerat Wolfius priori loco. Quod non modo bini illi exteri codices confirmant, sed et ipsa auctoris praefatio, duplicis hujus tituli a se inditi assignata ratione. Verba etiam quae ex codice Bodlejano libri Nèfes chochmà profert Wolfius posteriore loco, eadem plane leguntur in nostro Miskàl ad calcem praef.: » Et excitavi spiritum meum ego Moses filius Scem Tov ex urbe Leon, disposuique librum hunc anno 5050 ab orbe condito ». Ita כוונתי, ut meus, habet Bodlejanus 371 in novo Uri Catalogo p. 69, non ובניתי *et construxi*, ut mendose habet Wolfius, et וחמשים, non וחמשה *et quinque*, ut habent heb. verba ab eo producta. Addit codex בעיר ואד אלחגארה in urbe Vad Alchagara, quae una ex urbibus variis Aphricae vel Lusitaniae, quae dicuntur Alcacar, esse videtur, nunquam Dobra in Polonia, ut habet Bartoloccius, qui et in designando anno compositionis, ut eum quidem Wolfius refert, dupliciter errat. Nec enim compositus est liber anno 5035, nec annus hic respondet nostro 1293. Quae liber contineat, fuse codicis titulus enarrat, varia videlicet animae arcana sive in seculo hoc, sive in futuro ac post corporis separationem, arcana item gan eden, judicii

animarum, poenae et gehennae, seculi futuri, resurrectionis mortuorum, tzizith, tephilìn, hist. Jacobi, sabbathi et jom tov, leviratus et excalceationis etc. Quae reliquis quae subjiciuntur, Sodòth seu mysteriis anonymus quidam videtur auxisse et illustrasse, vel ex libro auctoris nostri de nomine Dei ac sephiròth aliisque abbreviasse. Liber aijchùd, seu unitatis, qui inter ea occurrit, est R. Scem Tov de Faro, idemque, facta collatione, cum eo qui extat in codicibus 1138 et 1220.

COD. 1231

R. ISAACI BEN PARCHÌ *Taamè ammitzwòth*, seu *Rationes praeceptorum*, bomb. rabbin. in 4.° exeuntis sec. XV vel init. XVI.

Prope finem rythmicae praef. nomen suum pandit auctor hucusque ignotus. Non dubito tamen, quin ille R. Isaac ben Parli a Bartoloccio ac Wolfio memoratus T. I p. 688, male lecto cognomine vel mendose expresso, idem sit cum nostro ben Parchì, et comm. in praecepta negativa, qui illi tribuitur et mss. extat in Vaticana sub n.° 177, idem sit cum nostro hoc opere. Adfirmativa porro sunt quae hic cabbalistice potissimum enucleantur praecepta, et usque ad XCIV tantum protracta, quum non plura, ut ad calcem testatur, in exemplari quod describebat, scriba repererit.

COD. 1232

MEDRÀS TEILÌM, seu *Antiqua et allegorica Expositio psalmorum*, chart. rabb. in 4.° min. sec. XV.

Dictus etiam Medràs sochèr tòv, ut habetur in fronte nostri codicis. Congruit codex cum integra editione CPol. an. 1512, paucis exceptis ad lectionis varietatem trahendis, sed loca nobis opposita deleta vel abrasa.

COD. 1233

1.° ANONYMI *Liber Divrè ajamìm scel moscè*, seu *De vita Mosis*.

2.° R. ABR. CHILDEK *Minaghìm, Ritus totius anni*.

3.° *Calendarium festorum* ac *sacr. lectionum*.

4.° R. JONAE DE TOLETO *Liber chajè olàm*, seu *Vitae aeternae*.

5.° *Mahassè*, seu *Historia* R. Josuae ben Levì, membr. rabb. in 4.° min. sub fin. sec. XIII vel in. XIV.

Textus primi libri ab edito reliquisque meis codicibus valde discrepat. Ad calcem secundi legitur: » Expliciunt Minaghìm seu Ritus R. Abrahami חילדיק Childek f. m. totius anni », au-

ctoris ignotissimi. Celebris et editus est liber Chaijè olàm, seu vitae aeternae, sed anonymus, auctorisque hucusque ignoti et incerti. Codex enim 166, qui in titulo videtur eum tribuere Jehudae Chasid, non sat efficax ad id credendum, ut vidimus, argumentum suppeditat. Ejus ergo detegendi laus reservabatur apertissimae nostri codicis epigraphi huic libro subjectae: נשלם ספר חיי עולם והמקיימו יזכה לטוב נעלם ויסדו גאון עולם ה"ר יונה מטוליט ז"ל לעולם. » Absolutus est liber Chaijè olàm, quique confirmat illum, dignus fiat boni absconditi. Composuit autem illum geonaeus mundi R. Jona de Toleto, cujus memoria in benedictione sit in aeternum », auctor et ipse Wolfio aliisque ignotus, nisi putes in efferenda patria errasse librarium et Jonam Gerundensem voluisse intelligere qui varia alia ascetica scripta edidit.

Cod. 1234

R. Mosis Maimonidis *Liber mitzwòth* seu *praeceptorum* ex versione R. Salomonis fil. Josephi aben Jov, memb. rabb. 4.° min. sec. XIV.

Diu nota et edita est versio hebraica hujus Maimonidis libri R. Mosis fil. Samuelis aben Tibbòn, sed inedita et ignotissima nostra haec Salomonis aben Jov, de qua ut et de aliis quibusdam ineditis et ignotis interpretis nostri operibus, conferantur quae diximus ad cod. 221. Ac parum abest quin suspicer eum R. Salomonem filium Josephi ben Jacob, qui eodem tempore ex arabico hebraice vertit Miscnae ordinem Nezikin, esse nostrum auctorem; facilis enim est lapsus Jobi in Jacobi. Sed Jacobi nomen non modo legitur in epigr. cod. mei 984, verum etiam in Neap. editione omnium principe, quae et pro Josephi nomine legit alterum Jose, quod pro illo priori aliquando usurpatur. Dicitur ad calcem a librario descriptus codex in gratiam praeceptoris sui R. Jekuthiel.

Cod. 1235

1.° R. Josephi Gecatiliae *Sahar ascamàim, Porta caelorum*.

2.° R. Abr. ben David posterioris *Comm. libri Jetzirà*.

3.° R. Mosis Nachmanidis *Commentarius in eundem librum*, chart. rabb. 4.° sec. XVI.

Nescio cur judaeus quispiam, manu tamen sat antiqua, primum opus fol. I Biurè seu expositiones libri Airà inscripserit, quum ex praemissis tituli loco versibus, et ex argumento ac ratione operis videatur procul dubio Gecatiliae Sahàr asca-

màim, liber cabbalisticus ineditus, quem solo nomine memorant Sabtaeus fol. 79, et Wolfius T. I p. 525. Incipit: שאלת ממני ידיד נפשי להדריכך בארח מישור בענין ספר ספירות » Petiisti ex me, dilecte animae meae, ut in argumento libri sephiròth recte te dirigam ». Illustrat ergo x sephiròth, sed noster hic codex non praetergreditur vI sephirà seu tifèred, reliquis tribus a librario praetermissis, quae forte in descripto exemplari desiderabantur. Qui succedunt, bini Jetzirae commentarii, cum textu ipso editi sunt, etiam quinquaginta sectiones seu portae intelligentiae, et xxxII nedivòth, seu semitae viae cabbalisticae, quas praefationis loco illius libri expositioni praemisit Abraham ben Dior, Quod tamen de Mantuana editione intelligendum, nam in CPolitana, quam prae manibus habeo, anni 1724, quamvis Wolfius T. III pag. 19 testetur integrum Arabad comm. ea contineri, fusa illa hujus auctoris praefatio non comparet.

Cod. 1236

Anonymi *Commentarius in Zoàr*, seu in *Librum Numerorum*, chart. rabbin. in 4.° min. sec. xvI.

Permulti illustrando obscurissimo huic libro vacarunt hebraeorum doctores, sive noti, sive ignoti et anonymi, ad quorum classem commentarii nostri auctor amandandus.

Cod. 1237

1.° Liber Setaròth seu *Formae contractuum* ac *Constitutiones variae*.

2.° Anonymi *Liber Jesod aijrà* seu *Fundamentum timoris*.

3.° *Likutìm* seu *Collectanea ritualia* ex variis auctoribus.

4.° *Dinìm* seu *Judicia ritualia* ex libro *Or zarùah* R. Isaaci fil. Mosis de Vienna.

5.° *Ilcòth*, seu *Constitutiones vetiti et liciti* et aliae.

6.° *Expositio XIII midoth, quibus lex exponitur*.

7.° *Tikkùn setaròth* seu *Typus contractuum* juxta auctorem *Hittùr*, seu R. Isaacum bar Abbà.

8.° *Chuchòth adinìm*, seu *Decisiones rituum* breviores juxta R. Abraham fil. Salom. et R. Salom. ben Adered.

9.° *Piskè* seu *Decisiones de vetito et permisso*.

10.° *Ilcoth* seu *Constitutiones de mactatione*.

11.° R. Sabtai fil. Salomonis *Quaesita et responsa*.

12.° *Piskè* seu *Decisiones constitutionum mactationis*.

13.° *Excerptum ex Zoàr ex sect. Exodi de rebus Messiae*.

14.° Aristotelis *Sectio de cognitione personae* vel *faciei*, seu *physionomia*.

15.° Alexandri regis *Epistolae ad matrem*, et *Allocutio philosophorum*.

16.° Sapientis cujusdam *Epist. ad Diogenem*, chart. rabbin. in 4.° sec. xv.

Ignotus ac metrice conscriptus est liber Jesod aijràh, auctor ipse incertus ut monuimus ad cod. 371, cum quo noster prorsus conspirat. Collectanea num. 3 potissimum ex Abr. bar Joseph, Hai, Chananael, Avigador, Mose Kotzensi, aliisque decerpta sunt. Decisiones, quae num. 8 occurrunt, sunt 236. Ignotus est auctor Sabtai fil. Sal., ejusque Quaesita ac responsa versantur circa probationem animalium. Aristotelis Sàhar, seu sectio de cognitione faciei vel personae, dicitur in titulo ad Alexandrum missa, eaque, sed anonyma, extat etiam in cod. 1050. Quae postremo subjiciuntur Alexandri epistolae et philosophorum allocutio in Musarè philosophìm seu sententiis moralibus philosophorum excusa sunt.

Cod. 1238

Psalmi, Proverbia, Job et v Meghillòth, seu *Ecclesiastes, Canticum, Ruth, Threni, Esther*, memb. rabb. 12. sec. xiv vel init. xv.

Incipit Psal. xv 5. Psalmorum ac librorum tituli quadratis litteris majoribus exarati formae germ. Puncta absunt praeter Canticum et Esther, et initium Ruth et Threnorum. Versuum summa singulorum librorum circulo quodam ad eorum calcem sistitur, sub finem vero Estheris et codicis binae selicòth, altera anonymi, altera Bechai Chasid seu pii, vel senioris.

Cod. 1239

Pentateuchus cum *Aphtaròth* ac *Meghillòth*, et utraque *Masora*, memb. germ. in fol. maj. 2 col. sec. xiiI.

Major. elementis constant tituli librorum ac sectionum, masora magna saepe artificiose scripta, saepe prima manu kerì in textu, variae lectiones, ut in germ. mss. usuvenit, non infrequentes. Inter has extant et singulares et unicae, ut Num. xxI 32, et xxiiI 17, ubi pro ויבא *Et venit* legebat primo וישב *Et reversus est*, quemadmodum vertunt Lxx et Vulgatus. Aliquando tamen eae corriguntur, ut Oseae iI 22, ubi prima lectio וידעת כי אני יהוה *et scies quia ego Dominus* correcta est in communem את *et cognosces Dominum*, apposita nota מטעין ביה ספרי *Errant hic codices*. Interdum ex aliis codicibus ad marg.

adnotantur, etiam rariores, ut Jonae I 6 in sectione hujus loci, monens alios codices pro ויקרב *et accessit* legere ויקרא *et clamavit*, quod in paucis mss. occurrit a me ad h. l. relatis. In quibusdam denique Kimchii aliorumque criticorum sententia et auctoritas producitur. Consuetae VII sectiones propheticae festorum habent et Targum alternis versibus, splendidusque, et eleganter scriptus est codex, sed bina priora ejus folia alia manu, antiqua tamen, rescripta sunt, postremum vero fere integrum rescissum est, desinens Esth. IX 22. In parascà vajetzè nomen Josephi flore quodam exornavit scriba, certe ad nomen suum innuendum, quod disertius forte ad calcem legebatur.

Cod. 1240

1.° R. Tanchumà bar Abbà *Liber Tanchumà*, seu *vetustus Comm. in Pentat.*

2.° R. Cohanà *Pesiktà majus* seu *vetustus Comm. in Levit., Numeros ac Deuter.*

3.° *Scir ascirìm rabbà*, seu *vetustus et allegoricus Commentar. in Canticum cantic.*

4.° *Medràs mislè*, seu *vetustus et allegor. Comment. in Proverbia.*

5.° *Amiròth lehatìd*, *Sermones de rebus futuris*, seu *Ododd masciach*, *Signa Messiae.*

6.° R. Josiau *Perek* seu *Capitulum* R. Josiae.

7.° Anon. *Jetziràd avalàd*, seu *Lib. de creatione* vel *formatione foetus.*

8.° *Libri Eliàv zotà*, seu *Eliae minoris capita varia.* Praecedit *Excerptum Arbahà melachìm*, seu *IV Regum.*

9.° R. Eliezer *Pirkè* seu *Capitulorum capita quaedam.*

10.° R. Akibae *Odiòth* seu *Literae alphabeti* ratione inversa, diversae ab editis et ineditae.

11.° Idem *Libellus* comuni ratione, sed cum ineditis additamentis.

12.° *Medràs devarìm rabbà* seu *Antiquus et allegoricus Comment. in Deuteron.*

13.° *Medràs echà rabbadì* seu *Antiqua, allegorica* et *magna Expositio Threnorum*, memb. rabb. in fol. an. 1270.

Contenti libri maximae omnes antiquitatis sunt, summaeque apud judaeos celebritatis et existimationis, summae etiam apud christianos utilitatis ob crebras, quas servant, traditiones quae Messiam respiciunt. Tanta est autem in iis in nostro codice lectionis varietas, tot et tanta inedita, mutata, addita, tam certa et vetusta codicis aera, ut nequeat is non numerari inter praestantiores. Tanchumà incipit a sectione Genesis וירא, toto que caelo in Genesi, Exodo

ac Levitico discrepat ab altero cod. nostro 261, et ab edit. CPol. an. 1528, cum qua illum contuli. Est et utroque ubique plenior. Incipit consensus cum edito in Numeris; verum et multa iterum dissident, et integrae praeterea in Deuteronomio extant in utroque codice sectiones כי תצא שופטים et, quae in CPol. textu desiderantur. Ad calcem hujus libri haec legitur librarii epigraphe: » Roborare et confirma te, scriba damno non afficiatur. Ego Menachem fil. R. Jacobi scripsi hunc Tanchumà ad usum sapientis R. Isaaci fil. R. Nathanael, absolvique illum die XXII mensis tamuz an. 30 min. supp. ». Atque ubi in toto codice Menachemi nomen occurrit, illud scriba ut sibi proprium perpetuo ornavit. Huic epigraphi index subjicitur reliquorum librorum, qui hoc codice continentur, recentiori tamen manu contextus docti alicujus judaei, qui eosdem libros recensuit et cum editis contulit.

Pesiktae, quod proxime sequitur, haec tituli loco praefiguntur ab antiqua et prima ipsius scribae manu: » In nomine Domini Dei nostri incipimus Jelamedènu ». Novum autem est ac plane singulare Pesiktà hoc nomine vocari, quo vocatur liber Tanchumà. Huic titulo recentior illa judaei, qui codicem recensuit, manus sequentia subdidit: » Pesiktà sectio I, sed non scripta juxta ordinem edit. Venetae, ubi etiam est prima ». Incipit ילמדינו רבותי׳ אדם מישר׳ שבירך על המזון בראש חדש » Docent nos rabbini nostri, vir israelita qui benedixit super cibum initio mensis vel in neomenia etc. » Sic, ut in Tanchumà, per Jelamedènu exordiuntur saepissime sectiones. Sect. II incipit מזמור שיר חנוכת הבית ילמדינו רבינו נר של חנוכה מאימתי ביום שמיני נשיא, III היא מצותו לבני מנשה ילמדינו ר׳ נר של חנוכה שהותיר שמן. Haec porro singularum lectionum, quae sunt numero XLV, exordia accurate contuli cum editione Pesiktae majoris, quae extat in Ugolini *Thesauro antiquitatum sacrarum* tomo XVI, ex Bombergiana hausta, nec unam quidem reperi, quae cum editione congrueret. Inter VIII et IX inseritur sectio למנצח על נגינות לדוד שמעה אלהים רנתי, quam marginalis nota recentioris illius judaei monet in edito abesse. Quod idem monet iterum de alia quae praecedit sect. XXVIII et de binis aliis quae sequuntur, XLI et XLV. Post sect. XVII legitur Scir ascirìm rabbà fol. cod. 170 ad 180, quo reliquae Pesiktae sectiones resumun-

tur. Insignis est etiam in Medras Scir ascirìm dissensio.

Jam vero non modo integrae eae sectiones ab edito absunt, sed et tanta est in reliquis diversitas, non in exordio tantum, ut diximus, sed et in singularum contextu, ut aliud omnino opus videatur, vel si idem est, adeo mutatum, ut communis et editi vestigia vix appareant. Explicit autem binis additis sectionib. supra XLV, quarum altera Levitici Emòr ex Medras rabbà petita est, altera Bejòm scemini inedita. Quum Pesiktà simpliciter dicitur, vel inscribitur liber, majus intelligitur, minori enim semper additur titulus זוטרתא *Zotartà*. Primum R. Cohanà tribuitur, alterum R. Tobiae fil. Eliezer, ac nescio, cur Ugolinus, qui utrumque cum latina sua versione edidit T. XV ac XVI *Thesauri*, in praef. ad T. XV majus minori antiquius appellet. In majori enim, ut in edito extat, saepissime testimonium producitur Tobiae fil. Eliezer, et quidem sub ipsum sectionum initium, ut mirum sit id Ugolinum non vidisse, nec putidum agnovisse anachronismum, in quem lapsus fuerat. Qui enim minori antiquius esse potest, si in eo crebro profertur auctoritas, et quidem ut defuncti, ejus qui minus composuit? Crebro, inquam, itaut suspicari nequeat haec loca esse interpolata, ut quaedam se in hoc libro reperisse testatur Azarias de Rubeis in *Meòr enaim* c. XIX fol. 85 b, qui et observat quaedam etiam reperiri, potissimum ad Isai. LX I, *Exurge, lux mea, quia venit lumen tuum,* quae non sunt ex mente Medras seu expositionis rabbinorum. Sicut autem appellat Azarias ad Maghèn avraàm, ineditum et antichristianum Peritzolii vel Farissolii opus, non dubito quin is alludat ad ea quae habet Pesiktà ad illum Isaiae locum de Messia, nobis faventia. Hinc R. Jehuda Ariè Mutinensis, qui olim meum exemplar Meòr enaim possederat, et autographas notas ad eum apposuit, haec ad illum locum adnotavit: מאמ' זה באמת נפלאתי איך נדפס כי ודאי נדפס בעון הדור. » Sectio haec vere miratus sum, quomodo excusa sit. Certe enim excusa est propter iniquitatem seculi ». Notat Sabtaeus fol. 61 et post eum Wolfius T. I p. 720 in Mordechì et Tosephòth hoc Pesiktà allegari sub nomine R. Cohanà, et R. Manòach in comm. Maimonidis apud Azulai *Scem aghedolìm* P. II fol. 69 b, testatur se vidisse postremum folium antiqui codicis ms. Pesiktae, in quo

scriptum erat: » Explicit sectio וזאת הברכה, benedictus Deus qui dignum fecit me qui absolverem Pesiktà R. Cohanà ». Hinc et R. Jechiel in *Seder adoròth* libri titulum profert sub hoc nomine Pesiktà rabbedà, seu majus R. Cohanà. Sic et cod. Bodlej. 119 novi Uri *Catal.* pag. 22 notat aperte esse hujus auctoris. In nostro codice anonymum est, et ad anonyma plane opera amandat Jachias in *Scalscèled* folio 33 b.

Medras misclè congruit cum cod. 616, habetque iterum ad calcem expressum nomen amanuensis Menachemi bar R. Jacob. Ignotus prorsus bibliographis est v libri titulus אמירות לעתיד. Sed collato eo cum Odod ammasciàch, seu signis Messiae cod. 541, cum quo ex argumenti similitudine eundem esse suspicabar, reperi reapse unum eundemque esse, sed alicubi discrepantem, et saepe pleniorem, sub finem potissimum, ubi additamentum in hoc nostro cernitur fere unius ac dimidiae paginae quod in altero omittitur. Perek porro illius, seu capituli R. Josiae פרק ר׳ יאשיהו, nulla in scriptoribus vestigia, saltem sub eo titulo. Auctor ac libellus, certe antiquus vel ex antiquis desumtus, varias antiquorum rabbinorum traditiones, ut in Medrascìm fieri solet, recenset de israeliticae nationis prae ceteris praestantia, de vindicta de Edom seu christianorum regno sumenda, de bellis variis futuris, de Eliae ac Messiae adventu, ac miraculis ab iis edendis. Incipit: מפני שלשה דברים מאריך הק׳ שנים עם רשעים בעולם הזה Tribus de caussis producit Deus sanctus impiorum annos in hoc mundo ». Ac singulare est quod tradit de fide Eliae ac Messiae a suis detrectanda: אומ׳ להם קומו שאנו אליהו ומלך המשיח ואינם מאמינים. Dicent eis (videlicet Elias et Messias israelitis), surgite, quia nos sumus Elias et rex Messias, sed ipsi non credent ».

Diversus ab alio ejusdem tituli codicis 1087, et antiquior est vII libellus יצירת הולד de creatione vel formatione foetus. Ejus initium: א״ר יוחנן מאי דכת׳ עושה גדולות עד אין חקר » Dicit R. Jochanan. Quid est quod scriptum est, faciens mirabilia, quae investigari non possunt? Haec sunt mirabilia quae operatur Deus sanctus benedictus in generatione foetus ». Sequitur breve capitulum ארבעה מלכים *IV Regum*, quod incipit: » IV reges extulerunt se, Pharao, Nabucodonosor, Senacherib et Hiram ». Praemittitur etiam capitibus iisdem Eliàv zotà in cod. 541

videturque depromptum ex vetustis judaeorum libris. Quae proxime succedunt folio 249 sex Eliàv zotà, seu Eliae minoris capita, videlicet a XIX ad XXV, pertinent ad ejus tituli librum Venetiis editum ac Pragae recusum, qui XXV constat capitibus, non ad ineditum alterum cod. 327, qui sex tantum capitibus absolvitur, eademque capita leguntur quoque in cod. 541, ut leguntur etiam sequentia tria Pirkè R. Eliezer, videlicet XXXIX, XL, XLI, quae in nostro hoc codice occurrunt fol. 252 b. Odiòth R. Akibà, quae incipiunt fol. 254 codicis, bina hic diversa producuntur exempla, ignotum unum et ineditum, quod serior ille judaeus, qui codicem recensuit, inscripsit אתיות ר"ע על דרך תש'רק, idest Literae R. Akibae ordine tau, scin, resc, koph, seu inverso et retrogrado. Secundum tamen alphabetum communem sequitur ordinem. Editum alterum ac notissimum, quod a fol. 257 pag. versa ad 262 protrahitur, multis tamen iisque insignibus insertis additamentis, quae illa judaei manus ad marg. monet in editione desiderari. Fol. 263 extat Medràs devarìm rabbà seu magna expositio Deut., folio vero 286 Echà rabbadì, seu magna expositio Threnorum, variis utraque lectionibus ditissima. Ac posteriori quidem praemittuntur quatuor aliae sectiones Pesiktae, sed ad calcem ea mutila est. Perperam autem ejus initium qui libros recognovit, notavit ad marg. in edito non reperiri. Extat enim conceptis verbis, tamquam libri פתיחתא *Introductio*, in tribus quae ad manus sunt, editionibus, Pisaurensi an. 1519, Veneta Justiniani an. 1545, ac Veneta alia 1603, nec dubito quin legatur etiam in CPolitana, an. 1520, quae et apud nos extat, sed sub finem binis Threnorum atque Ecclesiastis voluminibus imperfecta.

COD. 1241

ISAIAE FRAGMENTUM cum chald. Jonathanis *Paraphrasi* versibus alternis, membr. hispan. in fol. majori 2 columnis sec. XIII.

A cap. XXXVI 19 ad XXXVII 12, et a XXXVIII 8 ad XL 12. Cap. XXXIX 1 legit Medorach, ut alii nostri nonnulli ad h. l.

COD. 1242

R. MOSIS NACHMANIDIS *Chidduscìm* seu *Novellae expositiones in tractat. Talm. Scevuoth* seu *De juramentis*, membr. et bomb. rabbin. in fol. min. sec. XIV.

Sed priora novem folia continent ej. auctoris expo-

sitionem in postremum caput tractatus Maccòth vel de plagis. Atque haec quidem edita est una cum variis aliis tractatibus, ut notat Azulai *Scem aghedolìm* P. I fol. 55. At expositiones in tract. Scevuòth, quae integrae hic exhibentur, ineditae sunt, teste eodem Azulai qui testatur se mss. eas vidisse, et Wolfio T. III pag. 798 qui ait eas mss. asservari una cum Maccòth in Colbertina num. 3871. Verba *Joannis Pici* quae postremo folio leguntur antiquo ac flaviori atramento, ostendunt codicem hunc ad cel. hunc principem, multiplici linguarum scientia et omnigena eruditione clarissimum aevique sui phoenicem, pertinuisse.

Cod. 1243

Proverbia cum *Comm.* R. Abr. aben Ezrae et R. Levi ben Gerson, et initio *Commentarii* R. David Kimchì, bomb. rabb. in 4.° an. 5235, Chr. 1474.

Viridi colore exaratus est codicis titulus, rubro primus libri versus. In illo Gersonides cognominatus dicitur *meistre Leon*. Sacer textus constat et ipse rabb. literis sed majoribus hisp. formae cum punctis et accentibus, ac singulis versibus subditur duplex Aben Ezrae et Gersonidis comm., ad marg. vero notae quaedam masorae parvae identidem conspiciuntur. Folio 2 verso in imo margine tertium commentar. R. David Kimchì in Proverbia scribere inceperat amanuensis, quem ad folium sequens et ad VI versum tantum protraxit. Dolendum summopere est non continuasse, nam ineditus Davidis Kimchii comm. in Proverbia nullibi extat, aut extare legitur. Immo vero nullus memorat praeter auctorem Michlòl jophi, qui ut notat Wolfius T. IV pag. 806, quamvis neget se adhuc vidisse Kimchii comm. in Libros legis, Meghillòth, Proverbia, Jobum, Danielem et Esdram, subdit tamen se eos alicubi audivisse extare, eorumque excerpta ubi acceperit, daturum. Comm. in Pent. et Jobum mss. servari in bibl. Sorbonica sub num. 18 et 20 monet Wolfius T. III p. 189 et 191, qui et testatur partem comm. in Genesim se vidisse in Oppenheimeriana, in cujus *Catalogo* reapse recensetur inter mss. fol. 18 verso. Eum etiam in omnes sacrae scripturae libros commentatum esse diserte adfirmant Jechiel in *Seder adoròth* fol. 56 et Azulai in P. I *Scem aghedolìm* fol. 17, sed nulla producta graviori auctorita-

te aut indubio monumento quod adserti fidem faciat. Suspicatus primum sum hunc comm. in Proverbia non Davidis, sed Mosis ejus fratris esse, cujus revera extat et quidem etiam apud nos ineditus comm. in hunc librum, at facta collatione omnino discrepat. Ad calcem haec legitur epigraphe: » Absolutus est hic liber comm. Proverbiorum cum sacro textu doctoris magni R. Levi ben Gerson dicti meistre Leon, et ex expositione sapientis R. Abr. aben Ezrae, quorum memoria sit in benedictione, finitusque est manu mea, ego minimus Jacob filius domini R. Josuae Frontini bonum expectantis scriba, qui illum descripsi scriptura manus meae dexterae juxta tenuitatem scientiae meae, punctisque instruxi pro inopia cognitionis meae. Finemque illi imposui feria v die II mensis marchesvan an. 5235 a creatione Hispali in academia ben Jaisc fel. mem. ». Paullo infra repetit scriba manu sua eum descripsisse, iterum apposito proprio nomine ejusque sigla.

COD. 1244

PENTATEUCHUS et AGIOGRAPHA cum *Masora* memb. ital. 4.° min. 2 col. sec. XIV.

Italicus character, sed elegans et ad hisp. vergens. In Pent. initiales majores, in Agiographis minores. Ex Agiographis exhibentur Psalmi, Prov., Job, Ruth, Canticum, Eccle., Threni, Esther, Daniel, Esdras. Paralipomena scriba non addidit; nam perfectissimus est codex. Libri poetici hemistice sunt divisi, kerì saepe ex prima manu in textum ipsum receptum, saepe etiam ad marg. praeter masoram parvam profertur lectio cod. Hilleliani, aliquando et cod. correcti, vel in plurali correctorum codicum. Rariores codicis lectiones conferantur, si lubet, in *Scholiis* nostris *criticis* Num. XXI 13 et Job XXIII 7.

COD. 1245

R. MOSIS MAIMONIDIS *Morè nevochìm, Doctor perplexorum* ex hebr. Samuelis Tibbonidis interpretatione, memb. rabb. in 4.° sec. XIV.

Incipit a fusa interpretis praefatione, cujus tamen initium seu primum codicis folium, ut et postremum totius operis, vetustate et usu consumpta perierunt. Serior manus quae textum ad alios codices recensuit, crebras ad marg. emendationes variasque lectiones adnotavit.

COD. 1246

1.° R. MOSIS MAIMONIDIS *Perachìm, Capitula de fa-*

cultatibus animae seu fusa *Praefatio ad Pirkè avòth*.

2.° *Pirkè avòth* seu *Capitula patrum* cum Maimonidis *Comment.* ex versione R. Sam. aben Tibbòn.

3.° R. JEHUDAE seu potius SAMUELIS ABEN TIBBÒN, *Liber Ruàch chèn* vel *Spiritus gratiae*.

4.° ANONYMI seu R. KALONYMI *Mescarèd moscè*, *Minister Mosis*.

5.° R. SAL. BEN GAVIRÒL *Liber Tikkùn midòth anefesc* seu *De virtutibus animae*.

6.° ANONYMI *Comment. in Morè nevochìm* Maimonidis et XIII *fidei articulos*.

7.° R. DAVID KIMCHÌ *Commentar. Mahassèh berescìth*, seu *Operis creationis*. Adjecta est *Expositio Mahassèh mercavà*, seu *Operis currus Ezechielis*.

8.° R. MOSIS MAIMONIDIS *Expositio capitis Chelèk*, seu X *tractatus Sahedrìn*.

9.° Ejusdem MAIMONIDIS *Epist. de resurrectione mortuorum* a R. Sam. ben Tibbòn heb. translata.

10.° ANONYMI *Dissertatio de mundi creatione* contra ejus aeternitatis assertores.

11.° R. ISAACI ISRAELITAE *Opusculum super* IV *quaestionibus* a R. Nissìm fil. R. Sal. hebr. versum, membr. rabb. in 4.° sec. XIV.

Liber ruach chen, qui in codice nostro anonymus est, ut in aliis plerisque, in titulis librorum quos recentior judaeus in dorso descripsit, tribuitur Jehudae Tibbònidi, qui accurratius Samueli tribuendus est, ut ostendimus ad cod. 46. Sic et anonymus est Mescarèd moscè, quem tamen serior judaei alterius manus a quodam ex discipulis Maimonidis, idest a R. Kalonymo, ut ad alios ejus codices vidimus, notat fuisse compositum. Gavirolii libro praemittuntur versus quidam in editione Ripae Tridenti ad calcem translati, diciturque ab eo concinnatus anno 805, ut habet codex alter noster 684, non 808, ut mendose habet illa editio et Wolfius. Conf. dicta ad eum codicem. Ineditus est incertique auctoris qui sequitur brevior comm. in nonnulla Morè capita et XIII fidei articulos, illudque singulare quod XII articulum illustrans, testetur non esse praestolandum Messiam, ut temporalibus bonis ac seculi deliciis nos expleat, quemadmodum sibi suadent eumque praestolantur plebeii homines, sed scientia et cognitione Domini, cujus spiritu eum repletum esse perhibent prophetae, nec venturum nisi ut in viis supremi numinis ejusque cultu ac religione rectius nos dirigat: וזה העניין כבר יתבאר בספרי הנבואה

שאין ביאת הגואל אלא להישיר בני אדם לעבודת השם יתברך » Hocque jam declaratum est in libris propheticis, quod adventus redemptoris non est nisi ut dirigat filios hominis ad cultum Dei benedicti ». Aeque ineditus ac rarissimus habendus est פי׳ מעשה בראשית מן החכם הגדול ר׳ דוד קמחי ז״ל *Commentarius operis berescìth*, seu *Genesis eximii doctoris* R. *David Kimchì fel. mem.*, qui et comm. continet operis mercavà, seu currus Ezechielis. Extat etiam, sed mutilus, in Oppenheimeriana teste ejus *Catal.* in classe mss. fol. 18 verso, ac Wolfio T. III p. 189, qui tamen male eum appellat commentarium in Genesim. Solum enim creationis opus seu prima Genesis capita illustrat, diversusque plane est ab inedito comm. in Pent. quem Kimchio nostro auctores non pauci utriusque nationis attribuunt, ex judaeis Jachias in *Scalscèled* fol. 54, Algazaeus in *Toledòth adam* p. 8, Sabtaeus p. 70, R. Jechiel fil. Sal. in *Seder adoroth* fol. 56, Azulai in *Scem aghedolim* P. I fol. 17, ex christianis Bartoloccius, le Longius, ac Wolfius, qui et notat cit. T. III p. 189 Dassovium egregium locum ex eo afferre in *Dissert. de ara exteriore* §. 35, et ms. servari in bibl. Sorbonica in 4. n.° 18. In Oxoniensi eum superesse subdit Sabtaeus, in cujus tamen *Catalogo*, ut observat idem Wolfius, altum est de hoc codice silentium. Testatur etiam Bartoloccius de eo ambigere viros eruditos ac se illum nunquam vidisse, ut nos ipsi quidem ambigimus quammaxime qui anxie quidem Kimchii codices conquisimus ac studiosissime, ingentemque eorum copiam felicissime eruimus, sed nullum ne minimum quidem hujus commentarii vestigium, donec uberior Sorbonici codicis notitia ac recensio nos edoceat eum certo existere. Mirum enim est tot Kimchianorum commentariorum in priores ac posteriores Prophetas et in Psalmos apographa aetatem ferre, unicum illudque judaeis ignotissimum commentarii in Pentateuchum, judaeos ipsos nullum proferre quod viderint, nullum ejus locum in eorum scriptis, in quibus reliquis omnibus celeberrimi hujus interpretis et doctoris operibus eorumque auctoritate saepissime utuntur. Maimonidis epistolam de resurrectione excipit inedita anonymi auctoris dissertatiuncula, qui in breviori prologo mentem et institutum suum aperit, inquiens Dei existentiam esse fundamentum exi-

stentiae omnium rerum, quique eam negant, defendere mundum aeternum esse et increatum, contra hos se disputare ac tueri Deum illum condidisse. Postremo opusculo, quod ineditum et ipsum est et ignotum, et philosophici seu logici argumenti, haec tituli loco praemittuntur. » Opus Isaaci Israelitae quod ex arabico in linguam sanctam transtulit Nissìm filius R. Salomonis ». Videtur ergo intelligendus sub hoc nomine Isaacus Israelita filius Salomonis antiquus x seculi scriptor qui plura arabice edidit, de quo Ghedalias aben Jachia in *Scalscèled* fol. 40 et Wolfius sub n.° 1214, non filius Josephi Toletanus recentior, qui Jesod olàm aliaque astronomica hebraice conscripsit.

Cod. 1247

R. Mosis Maimonidis *Libri madàh et avaà, De scientia* et *de amore*, seu bini priores operis *Jad*. Accedunt ad calcem *Beracòth* seu *Benedictiones* variae rituales et precum, memb. rabb. nitid. in 4.° sec. XIV.

Praestantissimo hoc et accuratissimo codice sistuntur bini hi celebres Maimonidis libri seorsim conscripti, peculiari nulla a librario addita nota, sed communiori illa: » Benedictus qui dat fesso virtutem et cui non sunt vires, robur adjicit. Roborare ». Eos excipiunt benedictiones variae rituales ac precum, quae novemdecim occupant folia, et clauduntur indice Aphtararum, seu proph. sectionum, quae in diebus festis leguntur.

Cod. 1248

Pentateuchus cum *Aphtaròth* seu *Sectionibus prophetarum*, memb. rabb., vel semirabb. in 8.° in. sec. XIV.

Incipit Gen. III 15 ac desinit aphtarà diei VIII paschatis, quae sectionem continet cap. x Isaiae. Genesis, initium Exodi, ac prima aphtarà punctis instructa sunt, reliqua iis destituta. Rarioris commatis lectiones in hoc codice reperiri constat vel ex ea una, quam eum percurrentes observavimus Gen. XLIX 10 in celeberrimo Jacobi oraculo. Legit enim שלו, quod Kennic. codicum nullus, ex meis ad h. l. productis bini tantum in textu exhibent.

Cod. 1249

R. Mosis Maimonidis *Liber mitzwòth* seu *praeceptorum*, memb. rabb. 12. sec. XIV.

Deest praef. initium, et explicit praecepto 338 II partis, quae negativa complectitur. Est ex versione Mosis Tibbonidis.

Cod. 1250

Machazòr, seu *Preces novi anni et diei expiationis* cum *Psal.* occurr., membr. rabb. in 4.° sec. xiv.

Unic. in *Schol.* Psal. xviI 2.

Cod. 1251

Contii Josephi fil. Gersonis *Divrè estèr*, seu *Comment. in Esther*, chart. rabb. in 4.° min. an. 1614.

Astae Pompejae conscriptus, annoque 5388, Chr. 1628 Cherii excusus. Varia alia opuscula judaeus hic heb. et italice edidit. Hebraica in posteriori hac urbe impressa sunt, italica in illa priori. Eminet inter haec fusum Canticum Judith eodem anno 1614 editum.

Cod. 1252

Biblia, membr. rabb. in 4.° min. 2 col. sec. xiv.

Prima pagina prorsus evanida ac detrita incipit Gen. iv 23. Rabbinicus, minutus, nec inelegans character, initiales litterae majores nullae, nulla masora, kerì rarum saepeque in textum receptum. Jeremias primus est inter posteriores prophetas, Isaias tertius juxta ordinem talmudicum. In Agiographis primo venit Ruth, deinde Psalmi, Job, Prov., Eccle., Canticum, Threni, Daniel, Esther sub tit. Assueri, Esdras cum Nehemia et Paral. quae desinunt quidem ad v. 7 cap. xxx libri iI, sed habent pleraque folia in superiori parte vetustate corrosa et consumpta. Unicus est in *Scholiis criticis* Num. xxiiI 12, Deut. viI 8, I Sam. viiI 21, Psal. xlviI 1, Dan. ix 26, Neh. v 19, fere unicus Ezech. viiI 16, Malach. I 7, I Paral. xxvI 26, rarus Gen. xxxiI 32, Exod. xxxix 2, Num. xxvI 36, Deut. xxix 26, xxxI 7, Isai. xxxviiI 11, Jerem. vI 18, vI 28, xlviiI 45, Psal. lxix 4, Prov. xv 14, I Paral. xv 21.

Cod. 1253

R. Eliae *Rahjà meemanà* seu *Pastor fidelis*, chart. rabb. in 4.° init. sec. xvI.

Male Buxtorfius libri titulum pro auctore habuit. Sabtaeus ac Wolfius ut anonymum recensent. Sane is in libro hoc sub eo nomine fidelis Pastoris latere voluit, saepeque verba usurpat *Dicit Pastor fidelis*, unde liber ipse vocatur. Attente tamen nostrum codicem percurrens, reperi folio 47 verso eum nomen suum prodere, אמר אליהו רעיא מהימנא *Dicit Elias pastor fidelis*. Notat Sabtaeus opus per Mosis splendorem esse compositum, expositionem complecti mosaicorum praeceptorum, ejusque partem cum libro Zoàr editam

esse. Vide pleniores ipsius Zoàr editiones, quae Cremonae, Lublini, Sulsbaci, Amstelodami prodierunt. Altera operis pars inedita. Ceterum quod habet Sabtaeus p. 70 illud מחובר על ידי ניצוץ מש״רבינו *Concinnatum per manus scintillae*, vel *radiationis*, *splendoris Mosis doctoris nostri*, de R. Simeone ben Jochai auctore Zoàr videntur intelligenda, qui a judaeis eximio hoc honoris titulo solet appellari, cuique forte eorum nonnulli librum attribuunt.

COD. 1254

1.° R. SIMEONIS BEN JOCHAI *Libri Zoàr compendium*.
2.° ANONYMI *Liber Toledòth adàm* seu *Generationum hominis*, chart. rabbin. in 4.° sec. XVI.

Prioris operis titul. פרשיות ספר הזהר בקצור *Sectiones libri Zoàr abbreviatae*. Libellus qui ei subjicitur minutiori charactere, Toledòth adàm, cabbalisticus et ipse est, Adami seu hominis creationem potissimum illustrans, atque ab iis omnibus, quos sub eo titulo Wolfius commemorat, ut videtur, diversus.

COD. 1255

R. SALOMONIS BEN ADÈRED *Toràd abbaith*, seu *Lex domestica*, chart. rabb. in 4.° sec. XV.

COD. 1256

1.° R. DAVID KIMCHÌ *Michlòl, Perfectio*, seu *Linguae sanctae institutiones*.
2.° R. JEHUDAE CHARIZII *Rephuòth aghevià, Medicamenta corporis*, memb. rabb. in 4.° min. sec. XV.

Kimchii opus grammaticum ad alios codices collatum fuisse ostendunt crebrae variationes et emendationes ad marg. notatae. In titulo posterioris opusculi, quo breviora continentur praecepta vel aphorismi valetudinis recte instituendae, subjicitur, *sicut illa descripsit R. Moses Maimonides fel. mem. in libro Madàh*, cujus epigrammate etiam absolvuntur.

COD. 1257

PROPHETAE POSTERIORES seu *Jeremias*, *Isaias*, *Ezechiel* ac *XII Minores*, memb. germ. in fol. 2 col. sec. XIII.

Ita singulari hoc ordine distributus, ut primo veniat Jeremias, deinde Isaias aliique prophetae sequantur. Character germ., initialia verba litteris majusculis, masora nulla, kerì saepe ex prima manu in textum receptum, variae lectiones insignes nec infrequentes, inter has etiam rariores et unicae, non pauca ob similem potissimum desinentiam a scriba oscitanter omissa et ad marg. resti-

tuta. Ad calcem Isaiae nomen suum prodidit amanuensis, hac apposita nota: » Fortis esto et roborare. Corroborabo et confirmabo me in aeternum, nec damno afficiar ope Dei. Ego Tisbita Levi ». Explicit codex postremo Zachariae versu dimidio, cujus et postremum folium recentiori manu suppletum. Unicus in *Scholiis criticis* Jerem. xviiI 26, xlix 30, Ezech. xxxiI 27, Amos viI 2, Mich. I 11, iiI 1, rarus Jerem. xv 12 et 14, xx 16, xxix 19, Ezech. xvI 21, xxviI 6, xliiI 3, xlvI 15, Oseae iI 14, x 5, Mich. iI 11. Singulares alias Isaiae lectiones tetigimus in descriptione hujus codicis iisdem *Scholiis* praemissa.

Cod. 1258

R. Menachem Rekanati *Commentarius in Pentateuchum*, chart. rabbin. in folio sec. xv.

Cod. 1259

Machazòr german. seu *Kruvàtz rosc ascanà* vel *initii anni*, membr. germ. in 4.° sec. xiiI vel in. xiv.

Habet inter preces binas sectiones Gen. xxI et xxiI, et binas aphtaras, I Sam. I, et Jerem. xxxI, ad calcem vero testimonium venditi codicis die xvI marchesvan an. 234, videl. sub fin. octob. 1473.

Cod. 1260

Agadà paschatis cum *Psal.* occurr., memb. germ. in 8.° sec. xiiI.

Hic desinunt codices in *Scholiis criticis* collati. Qui deinceps occurrunt sacri textus, sunt intacti.

Cod. 1261

Biblia, membr. nitid. germ. in fol. 2 col. sec. xiv.

Cum miniaturis. Cod. splendidissimus ac pulcherrimus. Primo folio scribi coeperat masora utraque, sed non est continuata. Agiographa incipiunt a Paralip. juxta ordinem talmudicum, eaque excipiunt Psalmi, Job, Prov., Ruth, Cant., Threni, Ecclesiastes, Esther, Dan., Esd., Nehemias. Sub finem Paral. extat epigraphe ejus qui punctis instruxit Biniamini filii Joabi ex familia Anavìm. Postremum folium, quod forte pleniorem notam continebat, recentiori manu suppletum. Ad marg. notantur in Pent. leges typi sefer torà, vel conscribendi volum. legis. Saepe etiam ad ejusd. normam et masorae emendatae primae lectiones, inter quas non pauca occurrunt kerian in textum primo recepta, ac non pauca tetragrammata nomina יהוה quae pro אדני legebantur. Deut. xxxiiI 2 monet ad marg. קרי

seu legendum una voce אשרת, Josuae xxI desunt bini celeberrimi versus, Psal. IX 1 habet עלמות, xvI 2 יהוה, xvI 10 חסידך, XLVIII 15 עלמות, xcvI 13 primo unicum כי בא, CIV 11 ישברו per sin, CIX 23 בנטותו, cx 3 primo בהררי, cxv pars cxiv, Prov. vIII 16 צדק, xII 28 נתיבה cum mappik seu suffixo. Pauca haec quae cursim ac speciminis gratia delibamus, demonstrant sat copiosam var. lectionum messem codicem suppeditaturum, si conferatur in integrum.

Cod. 1262

R. Mosis Maimonidis *Tredecim articuli fidei* et *Commentarius in Pirke avoth* cum fusa ej. *praef.* seu *Capitibus de facult. animae*. Accedit anon. *Comm. in amudè golà* R. Isaaci de Korbeil, chart. rabb. in 4.° anni 1454.

Praecedit anon. opusculum de accentibus biblicis. Ad calc. articulorum: » Descripsi hic in synag. sancta Zeitzel, dicit Moses fil. R. Eleazaris levitae fel. mem. Mintz ». Sub fin. vero commentar. avòth: » Ego Moses fil. R. Eleazaris levitae f. m. Mintz scripsi haec octo Perakìm seu capitula cum eorum comm. hic in syn. sancta רציב"רוט et absolvi nocte feriae III die XXIV scebbat an. 214 min. supp. ». Incerti auctoris est expositio Amudè golà et sub fin. mutila.

Cod. 1263

R. Iserlen de Marpurg פשטים *Pescatìm* seu *Observationes litterales in Pent.*, seu *in* Jarchii *Comm. Pent.*, chart. rabb. in 4.° anni 1452.

Idem cum R. Israel Iserlen de quo Wolfius T. I pag. 709, ubi notat ejus Biurìm seu expositiones in Jarchium prodiisse Venetiis ac Ripae Tridenti. Notat etiam eum floruisse anno 1470, et esse germanum ex Austria. Codex noster ejus patriam uberius definit, et ejus aetatem paullo antiquiorem. Sequitur post observationes illas זמר נעים *Rythmus amoenus* ejusdem auctoris ineditus et ignotus, qui cum in initialibus det nomen *Israel*, dubitandum jam non est eum esse Israelem Iserlen. Ad calc. comm.: » Expliciunt expositiones Pentateuchi quas composuit R. Iserlen de Marpurg, qui diu vivat. Scripsi hic in synagoga sancta ניאושטט Neostadiensi anno 212 min. supput., inquit Moses fil. Eleazaris levitae f. m. Mintz ».

Cod. 1264

R. Chaiim de Vienna דרשות *Derascoth* seu *Disquisitiones judiciales et rituales*, chart. rabb. in 4.° anni 1450.

Ita interpretor siglam אל מהר"ח מו"נא, quae extat sub finem, ubi dicitur codex ab eodem Mose fil. Eleazaris Mintz et in eadem synagoga Neostadiensi descriptus die 26 mensis sivan anno min. supp. 210 feria vI. De auctore et opere nihil Wolfius ac ceteri bibliographi. Margo exhibet correctiones et notas varias, inter quas nonnullae R. Iserlen.

COD. 1265.

COLLECTANEA CABBALISTICA, chart. rabb. in 4.° sec. xv et in. xvI.

Quibus cabbalistice potissimum illustrantur divina nomina, decem sephiròth seu virtutes, Ismaelis nativitas ex Abrahamo, tetragram. Dei nomen Jeòah et alia.

COD. 1266

R. MOSIS BEN DAHEN, vel DEN fil. R. Josephi כללי הלימוד *Chilelè limùd*, seu *Regulae institutionis*, chart. rabb. 4.° sec. xvI vel in. xvII.

Auctor vocat se in praef. hispanum ex regno Lusitano ex urbe Coimbria, et patrem suum Josephum ex expulsis Castilliae, sed nunc morantem in urbe Fessarum. Ignotus Wolfio auctor et liber.

COD. 1267

R. JECHIEL NISSÌM de Pisa fil. Samuelis ס' חיי עולם *Liber Chaijè olàm*, seu *vitae aeternae*, chart. rabbin. in 4.° an. 1559.

Constat liber xvI capitibus et agit de vetito et licito in foenore et mutuo. Ad calc. » Ego qui loquor... Jechiel Nissìm filius domini patris mei domini Samuelis filii aquilae magnae, cujus nomen notum est in portis, domini Jechielis fil. Isaaci de Pisa, quorum memoria sit in benedictione, in. mensis adar an. min. supp. 319 ». Auctor et liber Wolfio ignoti, et codex ipse, ut videtur, autographus. Sub ejus initium dicitur a Nathanaele Tarabòth dono datus Michaeli Elisae Modenae mense tisrì an. 416.

COD. 1268

ANONYMI ס' תולדות השלוחים *Liber Toledòth sceluchìm*, *Historiae apostolorum*, et *Pauli Epistola ad Romanos examinatae et refutatae*, chart. rabb. 4.° in. sec. xvIII.

Complectitur objecta judaei in Actus apostolorum et illam Pauli epistolam ab iis quae extant in R. Isaaci Munimine, diversa, quaeque Brielis Mantuani esse videntur. Conf. dicta ad cod. 1202 seu ad ej. Animadversiones in Evangelia, et quae ad utrumque libellum observamus in *Bibl. judaica antichristiana*.

COD. 1269

1.° R. PERIPÒTH DURAN seu EPHODAEI כלימת הגוים *Chelimàd agoim, Confusio gentium* vel christianorum.

2.° ANONYMI תשובות vel *Responsa ad viros iniquitatis*.

3.° R. DAV. KIMCHÌ *Tescuvòth* seu *Responsa ad christianos super quibusdam psalmis*, chart. rabb. in 4.° min. sec. XVI vel init. XVII.

Perperam recentior manus priori libro alium praeposuit titulum מלחמת ה׳ מלחמת מצוה *Belli Domini, belli praecepti*. Liber anonymus est, ut in ceteris nostris tribus ejus codicibus, sed est Peripothi Duran vel Ephodaei. Conf. dicta ad eorum primum seu 120, et *Bibl.* nostra *jud. antichristiana*, ubi non modo hujus libri, sed et binorum sequentium notitia suppeditatur.

COD. 1270

MACHAZÒR ital. seu ejus pars posterior cum *Sect.* variis *Pent.* et *Proph.* et *Psal.* occurr., memb. rabb. in 4.° min. mutilus sec. XV.

COD. 1271

R. JOSUAE SEGRE ס׳ אשם תלוי *Liber Ascàm talùi, Delictum suspensi*, chart. rabbin. in 8.° an. 1786.

Auctor, e Vercellis oriundus, paucis ab hinc annis octogenario major obiit Scandiani, ubi primarii rabbini munere fungebatur, et ubi eum novi. Is annos tantum natus 23, ut in praef. testatur, librum hunc suum composuit, in quo acerbe et impudenter christianam religionem impugnat. Plura nos de eo in *Bibl. jud. antichristiana* p. 106, ubi et argumenta XXVII capitum tetigimus. De auctore egimus in *Dict. jud. auctor.* T. II p. 125.

COD. 1272

ANONYMI *Constitutiones mactationis et probationis*, memb. rabb. 16. an. 1495.

Annum hunc 255 sexti millenarii praesefert facultas quae ad calcem reperitur, R. Joabo filio R. Josephi de Mutina data ab Azaria fil. Ephraim Mutinensi, et alia quae in medio extat, Jeh. fil. Sal. ej. cognominis.

COD. 1273

PSALMI, JOB, PROVERBIA, DANIEL. Accedit R. Jedajae Peninì *Bechinàd olàm*, membran. rabb. in 16. sec. XV.

Interiorem codicis partem occupant psalmi, marginem libri reliqui. Priores tantum psalmi punctis instructi. Psal. XVI 2 habet אמרתי, v. 10 חסידך, XVII 7 הפלא, XVIII 23 אסור, v. 46 ויחגרו XLVIII 15 עלמות, LIII 5 כל פעלי, Prov. VIII 16 כל שופטי צדק.

Cod. 1274

Ordo precum totius anni major cum *Pirkè avòth*, *Jotzcroth* et al., memb. german. in fol. an. 1449.

Est germ. ritus, habetque psalmos occurrentes, et ad calcem sectionem legis ac prophetarum, singulares etiam preces et hymnos variorum auctorum, ut mahariv diei II succòth Eliezer fil. Simson de Colonia, jotzèr Simeonis magni de Moguntia, rescud ejusdem, item r. Samuelis, Baruchi de Moguntia, Ephraimi de Bona, Iehudae Kastelin, Saadiae, Josephi fil. Nathàn, Menachem fil. Jacobi de Lutra. Sub fin. jotzeròth: » Ego scriba Joel fil. r Simeonis f. m. dictus Weibesc de Bona scripsi hunc librum precum anno 209, absolvique illum mense adar II ». Quae infra subjiciuntur in gratiam r. Sal. fil. Akibae dicti Zalman, ea seriori manu rescripta.

Cod. 1275

R. David Kimchì *Commentarius in Reges, Ezechielem et Prophetas minores*, chart. rabb. in fol. sec. xv.

Cod. 1276

Galeni *Opera varia medica*, ex heb. translatione Kalonymi fil. Kalonymi facta ex arabica Chonain filii Isaaci, memb. et chart. rabbin. in fol. min. sec. xv.

Opuscula contenta sunt, 1.° liber de temperamentis humani corporis, 2.° de facultatibus naturalibus, 3.° de dissectione ossium, nervorum, musculorum et venarum vel arteriarum, 4.° de caussis et symptomatibus morborum, 5.° de caussis doloris interiorum membrorum vel partium, 6.° de locis internis affectis, 7.° de febribus et earum speciebus, 8.° de crisibus, 9.° de diebus crisium vel decretoriis, 10.° de prudenti methodo medendi, 11.° de sanitate tuenda. Sub finem 3ⁱ, 8ⁱ, 9ⁱ dicuntur esse ex versione Chonain filii Isaaci, ex cujus versione extant iidem tractatus in bibl. Caesarea Vindobonensi. V. ej. *Catal.* num. 36. Nimirum ex versione arabica ab eo facta. Hic namque interpres, qui erat medicus arabs et Hispali florebat anni 1278, varia alia arabice vertit, et arabicis versionibus famam sibi comparavit. V. Nic. Anton. *Bibl. hisp. vèt.* t. II p. 239 et Wolf. t. I p. 383. Porro sicut tractatum de venae sectione ex arab. hebr. vertit Kalonymus fil. Kalonymi, et ex hujus versione heb. ex arabica Honain extant in Colbertina Parisiensi libri de diebus criticis, et de caussis ac sympto-

matibus morborum, ut notat idem Wolfius T. III pag. 167, dubitandum jam non est quin et ex ejus interpretatione sint ceteri tractatus.

COD. 1277

AVICENNAE *Canonis liber IV* ex heb. versione inedita incerti auctoris, chart. rabb. in 4.° maj. sec. XV.

Translatio non convenit cum ea quae Neapoli edita est anno 1491. Ea ergo alterius auctoris et inedita.

COD. 1278

1.° R. JEDAJA' PENINÌ *Bechinàd olàm, Examen mundi.*

2. Ej. *Bakascà*, seu *Precatio* cujus dictiones incipiunt a littera *mem*.

3.° ESOPAEI *Kaaràd chèsef, Scutella argentea*.

4.° ANONYMI *Carmen* in ejus laudem.

5.° ANON. aliud *Carmen*.

6.° R. EPHRAIM FIL. JOAB *Carmen morale* inscriptum *Brachium, maxillae et ventriculus*.

7.° ABEN EZRAE *Carmen contra avarum* et alia *Carmina*.

8.° R. JEDAJA' PENINÌ *Poema pro die expiationis*, inscriptum *Bathè anefesc* et *Bethel*, cujus dictiones habent omnes *lamed*, nec illud praetergrediuntur.

9.° R. HAI *Charizìm* seu *Carmina*.

10.° R. SAL. BEN ADÈRED *Epistola moralis* ad synagogas provinciales.

11.° R. JEDAJA' PENINÌ *Epistola apologetica* ad Aribà, seu R. Sal. ben Adèred.

12.° ARISTÒTELIS *Liber de pomo*, ex heb. versione R. Abr. Levitae bar Casdai, memb. rabb. nitid. 12. sec. XV.

Nota omnia, illustrata et edita praeter poema illud Ephraimi ben Joab, cujus nulla in Wolfio reperio vestigia, et Aben Ezrae carmen contra avarum, quod ineditum est et extat etiam in Medicea. V. Biscionii *Catalog.* pag. 326.

COD. 1279

PSALTERIUM memb. rabb. sine punctis in 32. an. 1578.

Ad calcem psalmorum ante indicem: » Absolutum est et finitum, laus Deo, hic Cremonae feria V hebd. die XXVIII mensis tamuz anni 338 per manum minimi Isaaci fil. Jacobi Luzzati ». Ps. XLVIII 15 habet עלמות.

COD. 1280

MAIMONIDIS *Tractatus varii medici*, videlicet *De asthmate, de coitu, de hemorrhoidibus, de curandis morsiunculis venenatis*, hebraice versi, chart. rabbin. in 4.° sec. XV.

Primus et ultimus extant etiam in Parisiensi, eorum-

que nonnullos arabice, ut conscripti primum sunt ab auctore, commemorat Herbelotus, nec dubito quin omnes contineantur iis Bodlejanae bibliothecae codicibus, qui sistunt arabica Mosis Cordubensis, seu nostri, scripta medica. Patet autem ex nostro hoc codice tractatum de Asthmate in gratiam sultani Aegypti, qui eo morbo laborabat et Maimonidem consuluerat, ab eo susceptum fuisse, et a Samuele Benbeneste hebraice translatum. Postremum hoc eruitur ex interpretis ipsius nota in cap. XII inserta. Fol. 2 tractatus de curandis morsibus venenatis, quem et ex mandato illius sultani susceperat, profert Maimonides annum tunc decurrentem hegirae 595, qui est Chr. 1198. Tractatus de coitu omnino ignotus.

Cod. 1281

1.° Bruni *Chirurgia* ex latina lingua in hebr. translata a R. Hillel fil. Samuel.

2.° Brocardi *Lib. chirurgiae*

3.° Johanitii *Liber medicus* hebraice, bomb. et membran. rabb. in 4.° sec. XV.

Bruni chirurgia jamdudum nota ac pluries latine edita. Sed heb. nostra translatio ignota, ignotum nomen ipsum interpretis. Nam quae a Bartoloccio memoratur Jacobi filii Judae Aben Caspiel hispani facta in urbe Soriae anno 1501, a nostra hac est diversissima, nec sat certa, quum ex ms. quodam latino Vaticano hujus operis hausta sit ejus notitia, eoque anno facta perhibeatur, quo nullus in Hispania judaeus supererat. Quae sequitur heb. Brocardiani libri translatio, est et ipsa ignotissima. Numeris vel paragraphis constat 99. Joannitius idem est cum Chonain filio Isaaci, ejusque liber idem, ut opinor, cum ejus introductione in artem medicam quae extat in Vindobonensi, Leidensi, ac Bodlejana, quum perbrevis is sit et introductionem quamdam in eam artem sistat. De Chonain nostro, cujus varia alia opera medica recensuimus, haec Abulfeda in *Annal.* T. II p. 245. » Eodem anno (260 heg., Chr. 873) obiit Honan fil. Ishaks Ebadita, celebris medicus, qui complures veterum sapientum libros e graeca lingua in arabicam, quam bene callebat, transtulit, erroribus et vitiis repurgavit et suo nitori restituit, quales sunt Euclidis Elementa et Almagesti Ptolomaei ».

Cod. 1282

R. Meir filii Baruch *Quaesita et responsa*, membran. rabb. in 4.° sec. XIV.

Sunt numero 438, eaque tres alii nostrorum codicum complectuntur, sed noster hic addit ad calcem *Tikkùn scetaroth*, seu ordinem ac formam contractuum vel instrumentorum varii generis, variasque constitutiones rituales, quas excipiunt sectiones de punctatione sacri codicis ac masora, quae videntur ineditae.

Cod. 1283

1.° Saadiae *Liber emunòth* cum anonymi *Comment.*

2.° Josephi Rophè *Compendium libri Morè ammorè* r. Scem Tov filii Josephi ben Palkirae.

3.° Ej Josephi Rophè *Liber Ze jenachemènu*, quo ejusdem Scem Tov ben Palkirae *Opuscula varia philosophica de anima ejusque natura, conditione* ac *virtutibus*, r. Josephi Ezovi libellus moralis *Kaaràd chèsef* et alia exhibentur, chart. partim quadrato, partim rabb. charactere in 4.° init. sec. xvII.

Sub initium illius compendii libri Morè ammorè manifeste innuitur qui illud perfecit, *Ego Joseph decerpsi ea quae scientiam de anima variosque sapientiae gradus respiciunt*, atque infra sub init. libelli r. Scem Tov Palkirae de scientia animae, pandit iterum suum nomen *Ego Joseph Rophè addam ei multa*. Itaque totus codex videtur inedita collectanea complecti philosophica et moralia de anima ab eo Josepho confecta, et esse ejusdem autographum, nec alterius auctoris videtur comm. ille Saadiae Emunòth, quem et ipsum autographum esse produnt crebrae liturae ac correctiones. Ad calcem unius opusculi r. Scem Tov quod in medio codice extat, dicitur absolutum mense ellul an. 398, Ch. 1638. Codicem claudit libellus quidam *Derech chajìm*, Via vitae, quo per varias Pent. sectiones ostenduntur praecipuae virtutes judaeo sectandae.

Cod. 1284

R. Jehudae Corsani filii Josephi *Aròn edùd, Arca foederis*, chart. vel bomb. rabb. in 4.° sec. xv.

Ad calcem extat nomen scribae Jechielis filii Sal. Egrae hierosolymitani.

Cod. 1285

R. Mosis Almosnino *Beth elohìm, Domus Dei*, chart. rabb. 4.° in. sec. xvII.

Ined. opus astronomicum, quod habet etiam cod. 109.

Cod. 1286

R. Isaaci de Korbeil *Amudè golà*, seu *Comp. praeceptorum*, membr. rabbin. in 4.° min. sec. xiv.

Cod. 1287

R. Ismael *Medràs sod torà, Expositio arcani legis,* seu *Cap.* XXVII *Pirkè echaloth, Capitulorum de templis,* item *Preces* et *Excerpta* varia *cabbalistica,* bomb. rabb. in 4.° sec. XV.

Prioris illius libri magna est apud judaeos auctoritas, sed ejus non nisi exigua ac perrara prostant fragmenta. Ejus auctor antiquissimus, unusque ex sociis R. Jeh. sancti exeunte II seculo, cui et Mechiltà tribuitur. V. *Dict. heb. auctorum* T. I p. 176.

Cod. 1288

R. Mosis Coèn *Ezer emunà, Munimen fidei,* chart. rabb. in 4° sec. XVI.

Mutilum exemplar quod continet christianorum objecta ex singulis Prophetis et Agiographis, et ex Talmude petita et judaei responsa. Tria alia perfectiora protulimus sub n.° 28, 74 et 121.

Cod. 1289

Biblia, memb. germ. fol. 2 col. sec. XIV vel in. XV.

Pulcherrimus ac nitidissimus codex in 3 voll. distributus, quorum I exhibet Pentateuchum, II Prophetas, III Agiographa. Character germ., sed minus implexus, init. verba librorum majora, ornatuque varii coloris condecorata, masora nulla, kerì rarum, libri poetici in hemistichia divisi, Paral. prima inter agiographa, deinde Psalmi, qui numerantur 149, Job, Prov., Ruth, Cant., Eccle. ec. Quidam libri habent ad calcem summam versuum, sed plerumque discrepantem ab edita. Ita in Genesi pro vers. 1534 codex habet 1229, in Paral. pro 1656, 1750. Inter kerian extant interdum inediti, et in variarum lectionum numero multae rariores et unicae, et intactae, quum a nemine hucusque collatus sit codex. Gen. XXIV 54 pro לארני *ad dominum meum* legebat primo ואלכה לארני, *ut proficiscar ad dominum meum* ut LXX, Syrus et Vulgatus. Num. XXI 13 pro מעבר ארנון *ultra Arnon* codex primo בנחל ארנון *in torrente Arnon,* ut Arabs. Josue II 3 deerant primo הבאים אליך *venientes ad te,* ut in LXX et Syro. In singulis his locis aliisque non paucis silent in edita utraque collatione Kenn. codices ac mei. Singulares aliae extant, sed praesidio destitutae veterum versionum, ut Gen. XVIII 5, Exod. VIII 12, Num. XXVI 25, rariores aliae et egregiae, ut Gen. XXXII 21, et Deut. V 20. Postremo loco pro מתוך החשך *de medio tenebrarum* legebat ex prima manu מתוך האש *de me-*

dio ignis, ut Kenn. 84, primo meus 529 et LXX in *Scholiis* nostris *criticis* ad h. l. Pauca haec exempli loco sufficiant. Sub fin. Proph. pag. versa fusa occurrit antiqui possessoris nota Brixelli conscripta, qua traditur paschali tempore puerum christianum Portioli amissum fuisse sub Vitelliano (Viadana), quod est ad oram eridani, de hoc statim accusatos judaeos et in carcerem conjectos poena mactandos, sed paullo post, Deo favente, in medio fluminis illius repertum puerum. Ad calc. nulla epigraphe, sed fol. seq. reperitur nota Mosis fil. Mardochaei Galiko, qua testatur die XXV junii an. 254 (Chr. 1494), quae est XXI tamuz, se membr. haec Biblia vendidisse Josepho Tanchum fil. Isaiae Durante.

Cod. 1290

Maimonidis Mosis *Jad chazakà* seu *Comp. talm.* vol. I, memb. rabb. fol. 2 col. sec. XV.

Complectitur primos IV libros, Madàh, Aavà, Zemanìm et Nascìm. Ad calcem » Expliciunt constitutiones Sotà seu adulterae. Absolutus est liber IV, cujus capitum summa est LIII ».

Cod. 1291

Anonymi *Comm. in Psal.*, chart. rabb. in fol. sec. XVI.

Ineditus, philosophicus ac fusissimus, 534 complectens folia. Posterior manus, forte auctor ipse seriori aetate, expositiones non paucas ad marg. adjecit. Non pauca etiam sunt in textu ipso mutata, obliterata, correcta, addita, quae non inanem dant conjiciendi ansam codicem esse posse autographum. Is in tria voll. erat olim compactus, ac sub III initium in superiori margine fol. 347 notatum reperitur nomen R. Isaaci Levitae fel. mem., ad innuendum, ut videtur, nomen ipsum auctoris, quum nulla alia verisimilior esse possit ratio hujus notae. Fol. I verso sic numerato, sed reapse 2, producitur Abrabanelis praefat. in Josuam, quod ostendit auctorem nostrum, quisquis sit, floruisse paullo post in. sec. XVI.

Cod. 1292

R. Salom. Jarchì *Commentarius Avodà zarà, Maccoth et Orajòth*, seu *de Idolatria, de Plagis et de Documentis judicialibus*, memb. rabb. fol. sec. XIII vel in. XIV.

Recisum postremum folium Avodà zarà. Notum est in hoc tractatu antichristiana loca plura reperiri.

Cod. 1293

R. Salom. Jarchì *Commentarius talmudici tracta-*

tus Scevuòth, seu *de Juramentis*, membr. rabb. in fol. sec. XIII vel in. XIV.

In fine: » Commentarius Rascì fel. m. de juramentis. Emi a R. Baruch Kalinano die XVI augusti anno 163 (1403), ego Abraham fil. Jehudae Rophè ». Wolfius vix unum vel alterum commemorat ms. nostri commentarium in Talmudem. Bibliotheca nostra plures suppeditat.

COD. 1294

R. JEHUDAE UZIEL *Deruscìm* seu *Conciones in Pentateuchum* ineditae, chart. rabb. in fol. sec. XVI.

Ex antiqua nota sub initium posita in interiori margine eruitur operis titulus et auctor, cujus nulla prorsus in Wolfio aliisque scriptoribus extant vestigia.

COD. 1295

R. DAVID KIMCHÌ *Scarascìm, Liber radicum*, memb. et chart. rabb. fol. an. 1473.

» Absolutae sunt ac finitae hae radices decreto Dei domini omnium operum hic in urbe Bari sect. נאדר בקדש נורא mense scebbat die VIII mensis anno 233 a creatione. Barbot est cognomen meum, nomen autem meum Chaiim».

COD. 1296

R. MOSIS MAIMONIDIS *Jad chazakà* lib. III qui agit de זמנים *Zemanìm* seu *de Temporibus*, memb. rabbin. in fol. sec. XV.

Complectitur constitutiones omnes hujus libri, conscriptusque est, ut pluries legitur fol. postremo, a Samuele fil. R. Jechielis de Pisa.

COD. 1297

AVICENNAE *Liber II de medicamentis simplicibus*, et *Liber IV Canonis*, bomb. rabb. in fol. sec. XV.

COD. 1298

R. DAVID KIMCHÌ *Liber radicum*, membr. rabbin. in fol. an. 1439.

Praecedit tractatus de accentibus, quem ex Michlòl haustum puto. Kimchii textus non modo nitide et accurate est exaratus, sed et ab edito identidem discrepat; quod et de sacris verbis dicendum, quae producuntur. Intacta etiam servat loca quaedam quae christianos respiciunt, hacque explicit librarii nota: » Finitus est per manum Biniamini dilecti domini fil. R. Isaaci f. m. mense nissan an. 199 aerae creationis, absolvique illum pro egregio R. Josepho fil. R. Jeosephi fel. mem., qui habitat Arimini ».

COD. 1299

R. SALOM. JARCHÌ *Commentarius tract. talm. Kid-*

duscìn, Niddà, Scevuòth, Betzà, Jomà, De sponsalibus, de menstruata, de juramentis, de ovo diei festi, et *de die expiationis,* memb. rabb. nitid. fol. min. sec. XIV.

Ad calcem Scevuòth: » Explicit tract. de juramentis, laus Deo qui dat salutes. Ego Joseph fil. R. Mosis scripsi hunc comm. in grat. R. Mosis Monregalensis ». Ad calcem vero codicis: » Explicit tract. Jomà, ego Levi fil. R. Aaron scripsi hunc comm. pro R. Mose de Monreal ».

COD. 1300

R. SALOM. JARCHÌ *Comment. Bavà kamà,* seu *Portae primae,* membr. rabbin. in fol. min. sec. XIV.

Varias aliorum codicum lectiones interdum margo servat, sed sub finem desunt nonnulla.

COD. 1301

R. MOSIS MAIMONIDIS *Morè nevochìm, Doctor perplexorum* ex *versione* Sam. aben Tibbòn et cum ej. *praefatione,* membr. semirabb. nitid. in fol. min. sec. XV.

Elegans bonaeque notae codex qui exhibet ad marg. quamplures diversas aliorum exemplarium lectiones ac non paucas illius expositiones, inter quas quaedam ipsius Tibbonidis. Ac decimum hoc est nostrae collectionis exemplar ms. eximii hujus operis Maimonidis, ad cujus gloriam iis quae diximus in *Dictionario* nostro *jud. auctorum,* illud addendum, quod in *Vitis illustr. medicorum* tradit Abou-Osaiba, celeberrimum Abdolatiphium Aegypti iter potissimum suscepisse, ut tantum virum cognosceret. V. cl. White praef. ad Abdolatiphi *Historiae Aegypti Compendium* arabice ac latine Oxonii editum an. 1800, vel gallicam hujus libri *Notitiam,* quam dedit doctiss. Silvester de Sacy p. 8.

COD. 1302

VARIAE LECTIONES *hebr. mss. codicum Taurinensium sacri textus,* chart. in fol. min. sec. XVIII.

Sunt codices sex numero, qui sunt Kenn. 246, 247, 248, 249, 250, 251, estque autographum ipsum collationis a variis eruditis institutae, inter quos eminet praeceptor olim meus cl. Marchinus ling. orient. in ea academia professor.

COD. 1303

VARIAE LECTIONES *hebr. sacri textus mss. codicum bibliothecae acad. Argentoratensis,* chart. 4.° sec. XVIII.

Videlicet Kenn. 145, 146, 147, 148 a cl. Oberlino collectae summaque humanitate dono ad me transmissae.

Cod. 1304

R. Salom. Jarchì *Commentarius tractatus Cholin et Niddà, seu de profanis et menstruata*, membr. rabbin. in 4.° sec. xv. .

Nitidus et cum amplo margine, sed sub finem Niddà mutilus binis vel tribus foliis.

Cod. 1305

Rabbènu Ascèr *Simanè piskè, Index* vel *Compend. Decisionum talm.*, membr. chart. rabb. 4.° maj. sec. xv.

Venditus est codex, ut ad calc. legitur, an. 253, Ch. 1493.

Cod. 1306

R. David ben Jachia *Institutiones grammaticae*, chart. rabbin. in 4.° sub fin. sec. xv vel in. xvI.

Incipiunt a definitione linguae et progrediuntur cap. iI ad hebraicam, ubi producitur Nachmanides et Ephodaeus. Subjicitur ad calcem etimologia vocum, factaque collatione differunt ab iis, quas sub titulo Lesebn limudìm David fil. Salom. ben Jachia concinnavit, CPoli editas. Nostrae sunt etiam multo breviores, incertumque est an idem sit auctor; nam et David ben Jachia Josephi filius in grammatica vir fuit insignis variaque de ea scripta, si nepoti Ghedaliae credimus, edidit.

Cod. 1307

Anonymi *Liber Col bò, Omne in eo*, chart. rabbin. in 4.° an. 1543.

Omne videlicet quod respicit legis praecepta ac ritus, quorum absolutum exhibet compendium ab edito diversum. Dicitur ad calcem Bononiae exaratus ab Abraham fil. Mescullam an. 303.

Cod 1308

Averrois *Commentarius in varios tractatus philos.* Aristotelis ex heb. *versione* Kalonymi fil. Kalonymi, bomb. rabb. 4.° anni 1346.

In fine: » Absoluta est versio expositionis ben Rascad, seu Averrois, omnium tractatuum metaphysicorum Aristotelis. Finivi porro eum vertere ego Kalonymus fil. R. Kalonymi fel. m. die xiiI nissan an. 77 min. supp. ». Ac paullo infra: » Ego Abraham fil. R Salomonis fil. Abrah. filii Salom. ben Ascèr Coèn scripsi hunc librum ad mei usum, in quo sunt lapides pretiosi et margaritae, et verba elegantiae, absolvique illum die vII mensis av an. 106 min. supp. sexti millenarii ». Litterae hisp. ac quaedam sub init. desunt.

Cod. 1309

R. Salom. Jarchì *Commentarius Beracoth* et *Che-*

lin, seu *de Benedictionibus* et *Profanis*, membr. rabbin. in 4.° sec. XIV vel init. XV.

Postremus tractatus sub fin. deficit tribus vel quatuor foliis, habetque identidem ad marg. varias lectiones aliorum codicum.

Cod. 1310

R. Salom. Jarchì *Commentarius tractatus Cheduboth*, seu *de Litteris matrimonialibus*, memb. et bomb. rabb. in 4.° sec. XIII.

Vetustus codex, sed initio ac fine destitutus.

Cod. 1311

R. Manòach *Expositiones* et *Observationes in tractatus varios Jad chazakà* Mosis Maimonidis, bombic. rabb. in 4.° exeuntis seculi XIV vel init. XV.

Idest שופר וסוכה חמץ ומצה *de cornu et scenopegiis*, item *de fermento expurgando et massa non fermentata*. Idem est auctor cum Manoe Karo, eaedemque observationes cum iis quas ut CPoli editas an. 1718 profert Wolfius T. III pag. 684. Deest I folium ac legitur ad calcem: » R. Manòach, mei est Vidal Avigador ».

Cod. 1312

R. Jehudae Corsani *Aròn edùd*, *Arca testimonii*, bombic. rabb. in 4.° sec. XV.

» Finitus est hic liber Aròn edùd in gratiam Samuelis fil. R. Scem Tov Coèn, ceciditque finis ejus in diem IV mensis tamuz in urbe Polis in Sicilia ». Deficit I folium. Tria alia ined. hujus operis exempla suppeditant cod. 69, 1176 et 1284.

Cod. 1313

R. Menachem bar Scelomò *Liber Mesciv nèfes*, *Reductor animae*, bomb. rabb. in 4.° seculi XV.

Testatur auctor in praefatione institutum suum esse in hoc libro explicare fusa expositione singula argumenta poenitentiae. Quamobrem dubitandum non est, quin idem sit auctor et liber cum eo quem ut extantem ms. in Vaticana commemorant Bartoloccius et Wolfius T. I p. 777. Novus operis titulus, quem codex noster exhibet, est titulus I partis, quae sola eo continetur. Desideratur altera etiam in Vaticano, unde oritur suspicio forte ab auctore non fuisse editam. Quod enim illi auctores notant in duos tractatus librum esse divisum, id de duabus partibus accipiendum est, quarum quaelibet duobus tractatibus constat, quilibet autem tractatus variis capitibus. Tract. I P. I habet XII capita, II capita XIII, tract. I P. II capita VII, II XII.

Cod. 1314

Avicennae *Canonis Liber III* et *IV*, bomb. rabbin. in 4.° sec. XIV vel init. XV.

Deficit I folium quod complectebatur c. I primi limùd.

Cod. 1315

R. Menachem Rekanati *Piskè alacòth*, *Decisiones constitutionum*, memb. rabbin. in 4.° sec. XV.

Praecedit fusus index judiciorum seu rerum quae exponuntur, ut in editione Bononiensi anni 1538, quam possidemus, haecque subjicitur majoribus litteris quadratis nota librarii: » Ego Salomon fil. Raphaelis f. m. scripsi has Decisiones pro R. Jechiel fil. Mosis fel. m. ». Codex nitide et accurate exaratus.

Cod. 1316

Opuscula varia medica, bomb. rabbin. in 4.° sec. XV vel init. XVI.

Decem ea sunt ac pleraque anonyma. Primum in binas sectiones divisum aliaque manu sub in. suppletum, agit de variis medicamentis, secundum de corroborantibus, tertium de nominibus seu rebus medicinae, eorumque natura, praestantia, et usu, quartum de rebus variis vel remediis utilibus, quintum de balsamis singularibus ordine alphabetico arabice, latine, italice et hebraice, sextum sistit Galeni librum האם, qui dicitur אופיסיאש ophisias, seu de matrice et morbis eam afficientibus, septimum Maimonidis libellum de sanitate tuenda, octavum indicem operis Bernardi Gordonii, nonum quaesita et aphorismos de urina in expositionem aphorismorum Avicennae, decimum librum ablutionum et purificationum corporis. Ad hujus calcem legitur: » Hucusque descripsi, nec ultra reperi scriptum in exemplari, unde facta descriptio ». Ad calcem noni: » Ego scriptor Abraham Avza ».

Cod. 1317

Aphtaròth seu *Propheticae Sectiones totius anni*, membr. germ. nitid. in 4.° seculi XV.

Quaedam tamen litterae vergunt ad formam et elegantiam hispanicam. Sectiones consuetae paschatis et pentecostis adnexam habent alternis versibus chaldaicam paraphrasim, ex collatione vero cursim instituta patet non deesse in sacro textu lectionis diversitatem, eamque non contemnendam. In sect. Isai. LX 5 habet ורהב per he, ut habent in *Variis* nostris *Lectionibus* alii codices et Biblia Soncinensia. At vero

posterior manus haec ad marg. notavit: » Ita juxta sententiam Chiug. Sane in libris nostris scriptum est ורחב cum chet ».

Cod. 1318

Machazòr seu *Compendium precum*, membr. rabb. in 4.° sec. xiiI vel init. xiv.

Antichristiana loca abrasa. Ab Isaaco quodam exaratum ostendunt puncta huic nomini alicubi apposita.

Cod. 1319

R. Șalom. ben Adèred *Toràd abbàith*, *Lex domestica*, et *Ilcoth mikvaoth*, *Constitutiones de fossis*, vel *balneis*, memb. bomb. rabbin. in 4.° anni 1347.

Ad calcem primi operis: » Ego Isaac fil. r. Mescullam fil. r. Eliezeris descripsi hunc librum in Menares camardon, et absolvi illum mense tamuz an. 5107 ab orbe condito »: De posteriori opere nihil sub eo nomine Wolfius, sed illud petitum videtur ex ejus observationibus in tract. talmudicos.

Cod. 1320

1.° Anonymi *Chidduscìn* seu *Novellae observationes in tractatum Bavà kamà*.

2.° r. Ascer *Tosefoth scabbàth*, seu *Additamenta tractatus de Sabbatho*, bomb. rabb. in 4.° sec. xv.

Cod. 1321

Rabbenu Nissìm *Comm. in tractatum Ghittìn*, seu *Libelli repudii*, membr. et bomb. rabb. in 4.° an. 1413.

Ad calcem: » Absolvi scripturam libri hujus comm. constitutionum Ghittìn r. Nissìm die viI mensis chislev an. 5174 orbis conditi ».

Cod. 1322

Psalmi cum *Comment.* r. David Kimchì, memb. rabb. in 4.° sec. xv.

Textus ad marg. adjectus, rabbinicis et ipse litteris sed majoribus, et alicubi cum punctis. Incipit ab initio Psal. viI et dicitur ad calcem absolutus per manus Jechielis minimi fil. r. Menachem. Psal. xvI 10 legit, חסירך, xviiI 27 תתפל, xviiI 46 ויחגרו, xlvI 9 אלהים, liiI 5 כל פעלי, liiI 7 יהוה ad marg. ex 2 manu, lxvI 8 אלהים, lxx 5 יגדל יהוה et תשועתך, lxxviiI 72 בתם, cviiI 11 מצור, cx 3 primo בהררי, cxxxviiI 1 אודך יהוה, vers. 8 מעשה, cxxxix 20 יאמרך, cxliv 2 עמים, cxliiI 10 בארח. In commentario antichristiana loca saepe deleta, aliquando abrasa.

Cod. 1323

Aristotelis *Liber Midòth*, *de Virtutibus* vel *Ethicorum* ex heb. versione Meir

ben Alguadesc, bomb. rabbin. in 4.° sec. XV.

Dicitur sub init. ex latino in heb. translatus a doctore eximio don Meir ben Alvadesc. Hujus ejusdem libri ac versionis exemplar alterum sistit cod. 334.

COD. 1324

R. SALOM. JARCHÌ *Commentarius in tract. Scabbat, de Sabbatho,* membr. rabb. in 4.° sec. XIV.

Integer est codex, sed quaedam folia sub initium in marg. corrosa. Hic idem Jarchii commentarius facta collatione, est anonymus ille, quem sistit cod. 445.

COD. 1325

R. JACOBI BEN ASCER *Oràch chaiim, Semita vitae,* seu *I Ordo Arbà turìm,* bombic. rabb. in 4.° sec. XV.

COD. 1326

SIDDUR *berachà et Tachanunìm, Ordo benedictionis et Deprecationes,* cum *Psalmis* multis, membr. rabbin. in 4.° min. an. 1475.

Inter preces occurrunt carmina varia, R. Israelis, Aben Ezrae, Avigador Karà, Joabi Katòn Chazan, Jacobi Chazan, R. Isaaci, Selicha Danielis fil. Jechiel, et Maimonidis XIII fidei articuli. Ad calcem: » Confirmetur et roboretur Nathan scriba ... Pars autem mei Nathanis fil. Samuelis viri Salò descriptoris recondita sit cum iis qui justos reddunt multos. Descriptus et obsignatus est hodie feria II die XV junii an. 235 sexti millenarii ».

COD. 1327

ANONYMI *Liber Tanià* seu *Traditionis,* memb. rabbin. in 4.° min. sec. XV.

Desunt sub initium nonnulla, incipiens a ענין ברכת הכהנים seu ab *argumento benedictionis sacerdotum.*

COD. 1328

R. DAVID KIMCHÌ *Comm. in Prophetas priores,* bomb. rabb. in 8.° anni 1326.

Utrinque imperfectus. Character rabbin. hisp. vel orientalis. Josue dicitur absolutus feria V die XVIII scebat an. 86 min. supp., Judices feria V die XXV ejusdem mensis et anni, Samuel feria V die XVI adar illius anni.

COD. 1329

1.° ANONYMI *Sod ahibbùr, Ratio intercalationis.*

2.° R. BINIAMINI ROPHÈ fil. Abr. *XIV Saharìm* seu *Sectiones,* membr. rabb. in 12. seculi XV.

Priori illi libello subjicitur *Ordo IV sectionum Pentat., Ordo lectionis dierum festorum et jejun., Ordo sectionum proph. totius anni* et alia.

Cod. 1330

R. Isaaci de Korbeil. *Amudè golà, Columnae captivitatis*, membr. rabbin. in 12. anni 1387.

Ad calcem: » Explicit liber praeceptorum, quem constituit doctor noster, lumen captivitatis, r. Isaac de Korbeil, et vocavit Amudè golà. Scripsi porro illum pro me, et absolvi feria iiI die iv mensis tisrì an. 5148 a creatione ... Ego minimus universae familiae patris mei Judas fil. r. Isaaci fel. mem. Katòn ».

Cod. 1331

1.° Anonymi *Institutiones grammaticae*.

2.° Mosis Zacuti *Liber Jesod olàm, Fundamentum mundi*.

3.° r. Emmanuelis Franses *Tzevì mudàch, Cervus fugatus*.

4.° Tikkun seu *Ordo dimidii diei* a die xviI tamuz ad ix av, chart. rabbin. in 12. anni 1760.

Institutiones illae sunt hebraeo-italicae, nec praefixum ullum habent auctorem. Moses Zacutus fuit elegans poeta et cabbalista insignis, multaque opera in utroque hoc genere edidit, quorum pleraque recenset Wolfius sub num. 1605, ac nonnulla nos potiora in *Diction. historico* sub eo nomine. Sed nostrum Jesod omittit Wolfius vario metro conscriptum, in quo Nachor, Tare, Abraham, Sara, Loth, Eliezer, Nimrod, aliique, eorumque servi, sapientes, pastores introducuntur inter se colloquentes. Fransesii libellus prodit in titulo argumentum, subdens esse compendium historiae Sabtai Tzevi et Nathanis Azathi. Wolfius nec auctorem hunc sub peculiari titulo refert, nec definit t. iiI p. 207, utri ex duobus fratribus, Jacobo vel Immanueli, liber debeatur. Posteriori libellus ipse in fine diserte vindicat in nostro codice. Sed Jacobus elegantissima carmina super historia ipsa Tzevi composuit ab Immanuele in hoc compendio producta. Postremus exhibet preces, quae eo tempore et hora dicuntur, juxta novum ritum r. Israelis Bin. Bassani, ac singula haec dicuntur in titulis et fine a Salom. fil. Israelis Coèn conscripta Regii anno 5520 ab orbe condito.

Cod. 1332

Siddur seu *Ordo precum* germ. *ritus* cum *Pirkè avòth*, memb. germ. in 12. sec. xv.

Initiales litterae varii coloris saepe adhibitae, occurritque sub init. recentiori aetate addita oratio quaedam

metrica a R. Jacob Segre composita pro tempore belli.

Cod. 1333

Pentateuchus, membr. semirabb. in 12. sec. xiv.

Sine punctis et sacri voluminis exemplar, quod incipit Gen. xxiv 44 et desinit Deut. xxxiI 36. Quinque libri in fronte numerantur, unde Exodus secundus vocatur, Leviticus tertius etc., initiales minores. Extant ad marg. suppleti vel versus, vel verba ab amanuensi omissa, et correctiones quaedam serioris manus, in textu vero variae lectiones non paucae, etiam rariores. Ex communioribus binas solas producimus, Gen. xxv 15 חדד et Levit. xxvI 39 איביהם, ex rarioribus Gen. xlI 45 הפענח, xlviiI 11 pro יראה אחי אלהים primo יראני יהוה, Num. viiI 15 primo עבודת אהל מועד, ut bini Kenn. ac mei, Sam. T. ac Lxx, ac xiiI 16 post הארץ addebat כנען.

Cod. 1334

Anonymi *Compendium libri Mordechì super cccxviiI ordinibus Miscnae, seu variis ejus tractatibus,* memb. rabb. in 16. sec. xv.

Exemplar repudii quod occurrit in ejus constitutionibus et dicitur esse ex ore luminis captivitatis R. Josephi Kolon, quem Deus servet, praesefert annum 5226, seu 1466, calendarium quod extat in fine, incipit ab an. 235. In Jevamòth habetur Seder chaletzà ex ore ej. Kolon, eadem subjecta benedictionis formula, quae ostendit eo vivente fuisse codicem conscriptum.

Cod. 1335

Ordo jud. precum *totius anni* cum *Psal.* occ., memb. rabb. in 16. sec. xv.

Occurrunt et hymni varii, inter quos fusus festi purìm R. Jeh. Levitae, ad calc. vero subjicitur ritus sponsorum et alii ritus.

Cod. 1336

R. Simeonis ben Jochai *Zòar* seu *Comment. cabbal. in Numeros,* chart. rabbin. in folio seculi xv.

Cum Idrà zotà in fine, ac margine amplissimo.

Cod. 1337

R. Isaaci Israelitae *Jesòd olàm, Fundamentum mundi,* chart. rabbin. in fol. seculi xv.

Praecedunt iidem rythmici versus in laudem operis, qui in cod. 108, sed aliter distributi, multaque alia in textu occurrunt ab eo codice diversa. Absoluto Jesòd subjicitur tractatus התקופה *revolutionis juxta sententiam R. Adae* ac tractatus alter המילואין

repletionum ab eodem Israelita digesti, sed ad hujus calc. pauca quaedam deficiunt.

COD. 1338

R. ISAACI ISRAELITAE שער השמים *Sahar ascamaim*, *Porta caeli*. Accedunt R. Mosis Coèn aben Crispini Toletani *Additamenta* seu *Correctiones*, et *Tabulae astronomicae*, chart. rabbin. in folio anni 1476.

Alterum hoc Israelitae nostri opus est et ipsum astronomici argumenti et ineditum, extatque etiam in Bodlejana. V. Wolf. T. III p. 580, et Uri *Catal.* p. 88 cod. 448. Constat sectionibus vel capitibus XXII, quae agunt de revolutionibus septem planetarum illudque composuit auctor, ut sub init. monet, in gratiam fili sui Josephi. Adjectae sunt sub finem correctiones illae Mosis Coèn aben Crispini, auctoris ignoti, ac tabulae astronomicae emendatae, explicitque codex hac librarii nota: » Ego Jakar fil. R. Simeonis dicti Weidel Passaviensis descripsi hunc librum pro R. David Elzezer. Incepi illum initio mensis sivan et finivi sub init. mensis tamuz an. 5236 orbis conditi ».

COD. 1339

ABUBECHER ALRASÌ *Opus medicum*, dictum *Almansor* ex heb. *versione* R. Scem Tov fil. Isaaci Dertosani, bomb. rabb. in fol. an. 1328.

» Verba Rasis filii Zachariae qui librum hunc concinnavit, dictum Almansor. Nomine regis Almansoris compositus fuit ». Ita libri titulus. Argumenta X librorum seu partium, quibus constat, sat accurate recenset Sabtaeus p. 70 et ex eo Wolfius T. I p. 187. Hebraicam vero versionem esse Scem Tov Dertosani, non filii Sciphruti, ut perperam opinabatur Wolfius, ostendimus supra ad cod. 347 qui excerptum continet nostri operis aliaque Alrasii scripta. Ad calcem: » Absolutus est liber Almansor per manum Eleazaris filii R. Samuelis initio mensis, seu I die mensis tebeth an. 88 min. supp. hic in urbe ציכרדי ». Sequuntur excerpta ex Maimonidis *Aphorismis* et *Libro de regimine sanitatis*.

COD. 1340

ABU CHAMED ALGAZALÌ *Liber de opinionibus philosophorum* a R. Jehuda fil. Salom. Nathan hebr. versus cum *Comm.* R. Mosis fil. Josuae Narbonensis, bomb. rabbin. in fol. sec. XV.

Quinque alia operis exempla mss. bibliotheca nostra suppeditat, ex quorum binis, 437 et 515, nunc primum

erui hebraicam illius versionem deberi Jehudae fil. Sal. Nathan monuimus ad cod. 143. Hoc idem ex nostro hoc colligitur, qui exhibet et ipse hujus interpretis praefationem. Narbonensis commentarius margin. occupat.

Cod. 1341

R. Scem Tov fil. Isaaci ben Sprot *Liber Tzafnàd paanèach*, *Revelator arcanorum*, seu *Comm.* ineditus *in Aben Ezrae Comm. in Pentateuchum*, bomb. rabb. in fol. sub fin. sec. xiv vel init. xv.

Praefatio quaedam praemittitur Nissìm Morial ex urbe Tarasonensi, auctoris Wolfio ignotissimi, in qua testatur se librum hunc in gratiam filii auctoris transtulisse. Dicendum ergo eum primitus alia lingua fuisse conscriptum. Hebraice èxtat quoque in Bodlejana in cod. 128 novi Uri *Catalogi*; neque enim dubitandum est, quod monuit Wolfius T. III pag. 1136 ac nos ipsi in *Diction. hist.* T. II p. 137, quin mendosum sit cognomen גברוט et ex nostro שפרוט enatum.

Cod. 1342

1.° R. Levi Gersonidis *Milchamòth adonai*, *Bella Domini*.

2.° R. Abr. Avigador *Segulad melachìm*, *Peculium regum*.

3.° R. Hillel fil. Sam. de Verona *Tagmulè anefes*, *Retributiones animae*.

4.° Averrois *Robur caelorum* hebr. versum a R. Jehuda fil. Mosis fil. Danielis.

5.° R. Mosis *Mahassè mercavà*, *Opus currus*, seu *Expositio visionis Ezechielis*.

6.° Aben Ezrae *Epistola sabbathi*, bomb. rabbin. in fol. seculi xv.

In Gersonidis opere extat ad calcem auctoris nota de eo absoluto an. 89 sexti millenarii, quam sistunt cod. 135 et 460. De altero Avigador inedito sat diximus ad cod. 402, qui et illud complectitur. Quae metrica oratione conscripsit, sistuntur hic in textu, quae soluta, ad marginem. Tertium auctoris nomen gerit in fronte: » Dicit auctor Hillel filius pii R. Samuelis fil. gaòn R. Eleazaris de Verona f. m. » In praef. testatur se coacervare in hoc libro et illustrare quae sparsim ac fuse de anima ejusque natura, felicitate, ac statu habent illustriores philosophi, eumque in binas partes dividit, quarum altera septem, altera tribus capitibus constat. Prima pars animae dotes illustrat ac religionem etiam confirmat, secunda illius retributiones. Ad calcem והשלמתיו בשנת נ"א לאלף הששי ואני בעיר פורלי *Finivi autem illum an.*

51 sexti millenarii (Chr. 1291), *quum essem in urbe Forojulii*. Ex his corrigi queunt quae mendose ex Hottingero et Bartoloccio de hoc auctore ac libri argumento habet Sabtaeus p. 82 num. 6, et ex eo Wolfius T. I p. 140 sub num. 220. Hillel hic idem videtur cum eo qui Bruni chirurgiam hebr. transtulit, quam sistit cod. 1281. Averrois Robur coelorum occurrit etiam in cod. 315 et 1174, estque in omnibus ex eadem versione Jehudae fil. Mosis filii Danielis. Mahassè mercavà perhibet in fronte expositionem sistere philosophi rabbènu Mosis, quo nomine num Maimonides, Nachmanides, Legionensis vel alius intelligatur, non constat. Videtur tamen alteruter ex posterioribus intelligendus, ac praesertim Nachmanides, qui tantam in cabbal. studiis operam collocavit.

Cod. 1343

R. Nathan fil. Joel ben Palkirae צורי הגוף *Tzorì agùf*, *Theriaca corporis*, membr. et bomb. rabbin. in fol. seculi XV.

Amplissimum medicinae opus in IV partes divisum, quarum I.ª exhibet theoricam, II.ª practicam de regimine sanitatis, III.ª curam morborum a vertice ad plantam pedis, IVª nomina balsamorum vel remediorum, eorumque praeparationem, virtutem et usum. Quaelibet pars in varios tractatus ac quilibet tractatus in varia capita partitur, in quibus Aristotelis, Averrois, Abunasaris, Hippocratis, Galeni, Avicennae, Rasis, Algazaris aliorumque auctoritate saepe utitur auctor. Extat etiam in Vaticana, Bodlejana ac Taurinensi. V. Wolf. T. IV p. 931, et Uri *Catal.* pag. 80 cod. 417, ubi male tamquam dubius hujus operis auctor Nathan noster profertur.

Cod. 1344

Abu Alkassem, seu Abulcassem ס' ברפואות העין *Liber de remediis oculi* a Nathane Amathaeo hebr. versus, memb. rabb. fol. sec. XV.

Librum hunc, in quo cuncta accurate examinantur quae ad oculorum morbos eorumque curam pertinent, ms. habebat Hottingerus, ut patet ex ejus *Bibliotheca orient.* p. 40, et Wolfio T. I p. 927. Sed emendandum in utroque mendosum Menthaei cognomen ac legendum Amathaei, quod recte deinde suspicatus est Wolfius T. III p. 857, eique titulo *Plantarum specificarum* noster hic, qui Abulcassemi est et rectior, substituendus. Caete-

rum Amathaeus varia alia Avicennae, Alrasis, Hippocratis ac Maimonidis opera medica ex arabico hebraice transtulit, atque Avicennae canonem ab eo translatum sistit cod. noster 927.

Cod. 1345

Avì Alì, sive Avicennae *Liber II Canonis de balsamis* seu *medicamentis specificis*, bomb. rabb. in fol. an. 1482.

Discrepat interdum ab edito, sed haec ad exemplarium ac lectionum diversitatem spectant, non versionis. Ad calc.: » Exarata est scriptura hujus libri hic בליצי Aletii die xv mensis chislev an. 5243 orbis conditi per manum mei librarii Jescuae Coèn filii Dav. Coèn ».

Cod. 1346

R. Levi fil. Abrahami לוית חן *Liviad chen*, *Additamentum gratiae*, bomb. rabb. in fol. seculi xiv.

In tres partes ineditum hoc ac fusissimum opus dividitur, quarum altera de fundamentis legis agit, altera de arcanis religionis, tertia de opere creationis. Pars I continet capita xxxiv, in quibus pertractat auctor de distributione nominum, de ratione linguae hebraicae, de natura prophetiae ejusque praestantia ac gradibus, de divinatione, ac discrimine quod intercedit inter prophetas ac divinatores, de eo quod cognoscitur per prophetiam et de assequutione prophetarum et sapientum perscrutationis, de discrimine inter cabalam, fidem et sapientiam, de datione legis, de praestantia legis mosaicae, de tabulis, de tenebris, nube et caligine, de opinionibus et sectis, de religione christianorum ac nonnullis eorum rationibus, de lege una, de variis legis praeceptis eorumque fine, de circumcisione, de sabbathis ac festis, de tabernaculo, de altare, de templo, de summo sacerdote, de historia diluvii, Abrahami, Isaaci, Jacobi, Mosis, et Israelitarum. Sed caput xiI ac xiiI, quae agunt de relig. christiana, et legis unitate in codice recisa sunt, ac nonnisi primam partem is complectitur. Pauca quaedam etiam desunt sub fin. cap. xxxiv. Ex his suppleri queunt et corrigi quae de hujus libri argumento jejune et inepte tradunt bibliographi. Bartoloccius qui ex uno auctore binos fecit, ex uno etiam libro binos commentus est, quorum alterum grammaticum esse putavit, confundens cum edito Immanuelis ben Jekuthiel, astronomicum alterum, qui ms. servetur in Vaticana. Sabtaeus, quem sequitur Wol-

fius T. I p. 725, scribit conciones sistere in quasdam Pentateuchi sectiones.

COD. 1347

ANONYMI *Comment. ined. in Jarchium super Pentateuchum,* chart. rabbin. in fol. sec. XVII vel init. XVIII.

Seu in Gen., Exod. ac Levit. usque ad sect. כי תזריע. Praemissa sub in. Dissertatio in cap. chelek tract. Sahedrìn.

COD. 1348

R. ABBA' MORÌ vel MARÌ מנחת קנאות *Minchad kenaoth, Oblatio zelotypiarum,* memb. et bomb. rabb. in 4.° sec. XV.

Collegit auctor in inedito ac perraro hoc opere epistolas quas ipse dedit ad R. Salomonem ben Adèred, tum et alias non paucas quas Adèred ipse aliique rabbini conscripserunt super decreto anno 1304 a Barcinonensi synagoga edito, ne quis ante 25 annum philosophiae ac grecae litteraturae vacaret. Pro eo pugnabat Arisbà qui illud promoverat, Marì aliique confutabant. Constat collectio capitibus CXXXII, quorum priora octodecim, fundamenti loco auctor praemisit. Nam nonnisi XIX incipit litterarium illud commercium. Priora sexdecim in codice desunt. Reperitur etiam, teste Bartoloccio, Romae in Collegio neophitor.

COD. 1349

ANONYMI *Liber astronomicus,* bomb. rabbin. in 4.° seculi XV.

Constat X sectionibus, quarum prima deficit.

COD. 1350

ANONYMI *Comm. in varia capita Talmudica, in Rabbòth, Mechiltà, Tanchumà, Pesiktà, Sifrì, Jalkut, ac sectiones var. Pentateuchi,* bomb. rabb. in 4.° sec. XV.

Selecta ea Talmudis capita vel loca petita sunt ex tract. Beracòth, Jomà, Chaghigà, Taaniòth, Sahedrìn, Eruvìn, Rosc ascanà, Batrà, Scabbat, Pesachìm, ac non solum fere integer Medras Rabbòth in Pent. illustratur, sed et in Canticum cantic. ac Threnos. Quae demum sujiciuntur in varias Pent. sectiones, ea in Jarchii potissimum declarationem videntur composita.

COD. 1351

R. JONAE GERUNDENSIS שערי צדק *Saharè tzedèk, Portae justitiae,* memb. bomb. rabb. in 4.° an. 1428.

Idem est liber cum שערי תשובה seu *Portis poenitentiae,* novo hoc titulo ac plane singulari in nostro codice inscriptus. Ad calc.: » Absolutus nocte feriae III die XXIII mensis tebeth an. Do-

minus ה"קפ aperuit coecos », seu 188 min. supp. Sequuntur annotata quaedam de nonnullis nominibus propriis et anon. opusculum *Jetziràd avalàd* seu *de generatione foetus*, quod extat etiam, sed diversum, in cod. 1087 et 1240.

COD. 1352

ANON. *Commentationes medicae ac philosophicae*, bomb. rabbin. in 4.° sub fin. seculi XIV.

Utrinque mutilae. Recentior judaei manus Prolegomena medica inscripsit. Postrema capita de facultatibus agunt naturalibus, vitalibus et animalibus, ac cap. v quod legitur folio penultimo, testatur auctor se ex mandato praeceptoris sui meistre Beenghid de Toroela praemisisse praefationem Tadib, qui et saepe citatur in toto opere.

COD. 1353

R. ISAACI FIL. JEHUDAE ס' האשל *Liber Escel* seu *Arboreti*, bomb. rabbin. in 4.° sec. XIV vel init. XV.

Ineditum opus grammaticum, cujus nulla in Wolfio, nec in aliis sive christianis, sive judaeis bibliographis fit mentio. Quod spectat tamen ad auctorem, is videtur esse Isaccus ille filius Jehudae, qui librum grammaticum R. Jonae ben Ganach hebraice convertit, cujus vix vestigia quaedam in Vaticano quodam codice reperiuntur. Nam versio illa non extat, et in ms. grammaticorum indice a Morino edito atque a Wolfio repetito is non recensetur. V. eundem Wolf. T. I p. 488 et 657. In praefatione ex grammaticis qui antea floruerunt, nominat tamquam primum et quidem ut in hispania degentem, R. Jehudam fil. David Alfesi, R. Jonam ben Ganach, Samuelem Naghid a scriba, ut opinor, codicis mendose dictum Ismaelem, Aben Ezram, Salomonem ben Gaviròl, cui tribuit grammaticam et carmina, Mosem ben Ezrà, qui fecit librum Arugàd abòscem, ac tandem Davidem Kimchium auctorem Michlòl. Nota Gavirolio attribui grammaticam, ac sub Mose aben Ezra memorari tamquam de ea agentem Arugad abòscem argumenti adhuc incerti. In fine testatur se hunc librum composuisse anno decimo orbis conditi, videlicet vI millenarii ac Chr. 1250, qui erat annus aetatis suae XV.

COD. 1354

R. JOSEPHI ALBO *Liber Ikkarim* seu *Fundamentorum fidei*, bomb. rabbin. in 4.° anni 1488.

Integerrimum est in hoc codice cap. XXV tertiae par-

tis, quo christiana religio impugnatur, quod in mss. editisque exemplaribus esse rarissimum monuimus ad cod. 136. In arabica epigr. rabb. litteris orientalibus ac lectu difficilibus exarata, dicitur absolutus an. O. C. 5248.

Cod. 1355

1.° Averrois *Expositio libri Mevò* seu *Isagogis ad Logicam Porphyrii* a Jacobo Antoli hebr. translata.

2.° Maimonidis *Liber de vocabulis logicis* ex heb. versione Mosis Tibbonidis.

3.° r. Abr. aben Ezrae ס׳ העצמים *Liber de substantiis.*

4.° r. Jehudae dicti Messer Leon, מכלל יופי *Michlàl jofi, Perfectio pulchritudinis.*

5.° Aristotelis *Sectio de regimine corporis.*

6.° Ejusd. *Sectio de cognitione personae.*

7.° Ejusd. *Liber de pomo* ex *versione* r. Abr. Levi bar Chasdai, chart. rabbin. in 4.° init. sec. xvI.

Primus liber extat etiam in quinque aliis nostris codicibus, secundus in tribus, atque hic quidem in omnibus ex versione Mosis Tibbonidis, ut non modo habent codices ipsi mss. sive mei, sive exteri, sed et Basileensis Munsteri editio. Merus ergo librarii nostri codicis error est, quod dicat ad calcem eum ex arabico in hebr. vertisse Samuelem aben Tibbon illius patrem. Qui sequitur cel. Aben Ezrae liber Ahatzamìm seu de substantiis, non ineditus modo est, ac rarissimus, sed et prorsus ignotus. Agit is de caussa prima, seu de Deo ejusque nomine et essentia, de eo quod emanat ex facultatibus intellectualibus in animales, ut prophetia, de subjectis legum, de anima et de orbibus. Jehudae Leonis Michlal logicam continet, duabusque constat partibus, et octo portis, seu sectionibus, sectiones vero capitibus LXXXIII, non XCI, ut ex Aboabi litteris notat Wolfius T. III pag. 333. Adeo autem rari sunt codices inediti hujus operis, ut unicum illum is memoret, qui olim extabat apud Venetum illum rabbinum. Reliqui tres libelli extant et ipsi in aliis nostris codicibus, ac postremum quidem èxcipit תאר הצדק *Forma justitiae* brevis et ad Alexandrum directa, et ex Aristotelis, ut videtur, epistolis petita, ac deinde initium מליצות *Orationum*, seu *interpretationum philosophorum* ex versione Chananiae fil. Isaaci, quae eaedem sunt cum ej. Musarè, seu *Sententiis moralibus*, quae Ripae Tridenti editae sunt et in tribus aliis meis codicibus reperiuntur manu exaratae.

Cod. 1356

Anonymi *Comment. in v Meghilloth,* seu *Cant., Ruth, Threnos , Eccle. , Esther ,* chart. rabbin. in 4.° sub fin. sec. xv vel init. xvI.

Brevis et ut vid., ineditus.

Cod. 1357

R. Mosis Nachmanidis *Comm. in Job*. Accedit Maimonidis *Argumentum libri Job,* bomb. rabb. 4.° sec. xv.

Posterius hoc desumptum ex cap. xxiiI ac xxiiiI p. iiI Morè nevochìm.

Cod. 1358

Machazor italici pars iI cum Gavirolii *Azaroth et alior. carminibus ,* membr. rabb. in 4.° sec. xv.

Cod. 1359

R. Jescuae Levitae *Alicòth olàm, Itinera mundi*. Accedunt *Collectanea talmudica,* chart. rabb. in 4.° anni 1536.

Dicitur Alicòth in fine absolutus a Jacobo fil. Samuelis feria v die xv augusti an. 296. Quae succedunt collectanea, continent talmudicas phrases vel loca alphabetico ordine digesta, ac pleraque explicata.

Cod. 1360

R. Mosis Rieti vel de Rieti *Liber* מקדש מעט *Mikdàsc meàth, Sanctuarium parvùm,* chart. rabbin. in 4.° anni 1530.

Ternariis versibus conscriptus est ineditus hic ac rarissimus liber, atque in binas partes divisus, quarum altera inscribitur אולם *vestibulum,* altera הכל *templum*. Pars I quinque tractatibus constat, quorum bini priores orationem continent ad Deum, auctoris excusationem et nomen Mosis filii Isaaci, nomen libri, aliaque nonnulla quae operis ratio postulabat ut praemitterentur, tres reliqui numerum scientiarum earumque divisionem et utilitatem ex Abunazare Alpharabio, Algazalio et Averroe, et summam Isagogis Porphyrii et categoriarum Aristotelis, ac supplementorum Gersonidis. Itaque haec pars exteris ac philosophicis disciplinis est dedicata, secunda vero, quae habet octo tractatus, sacris ac talmudicis, seu internae nationis litteraturae. In eorum tamen numero eminet, reliquisque utilitate praestat sextus, quo singuli hebraeorum doctores, tanaitae, ammorhaei, seburaei, gheonaei, eorumque labores et opera partim metro, partim prosa, breviter recensentur. Patet ergo eundem prorsus librum esse cum eo, quem sub titulo שלשלת הקבלה *Catenae traditionis,*

vel מחברת ראיטי *Compositionis Rieti* vel Reatini, referunt Bartoloccius, Sabtaeus, ac Wolfius, ac falli Buxtorfium ac Sabtaeum, qui scribunt librum nostrum מקדש מעט agere de ritibus. Patet etiam eundem esse cum eo de עולם et היכל, quem ut existentem in Sorbonica n.° 71 in 4.° ex ms. *Catalogo* laudat Wolfius T. III p. 815. Iis enim nominibus inscribuntur binae operis partes, sed pro mendoso עולם legendum אולם. Ad calc. dicitur codex absolutus Senogalliae a Jacobo fil. Samuelis feria II die XXIII decemb. an. 291 min. supp. ac clauditur *Excerptis* nonnullis *libri Ikkarìm* Josephi Albo.

COD. 1361

R. SAM. MOTÒT *Comment. in Aben Ezram in Pentat.*, bomb. rabb. in 4.° sec. XV.

COD. 1362

R. ISAACI LATEPHI שער השמים *Sahàr ascamàim, Porta caeli*, chart. rabbin. in 4.° anni 1586.

Vastum et insigne opus ineditum, non in tres, ut ait Bartoloccius ac Wolfius T. I pag. 669, sed in quatuor sectiones divisum, in quibus capitibus LXXXI de Dei existentia et unitate disseritur, de novitate mundi, de septem rebus ante eum creatis, de angelis, de prophetia, de mercede et poena, de mysteriis berescith, de horto voluptatis, de serpente et Heva, Cain et Abel, de divinis nominibus ac speciatim de tetragrammato, de diebus Messiae, de Aristotelis epist. ad Alexandrum, de spiritibus et corporibus, eorumque natura, de resurrectione mortuorum, de lege ac praeceptis eorumque fine. Ex quibus colligitur nec in argumento ipso recensendo binos illos bibliographos fuisse accuratos. Ad calc. » Finitus et absolutus est . . . manu mea, ego minimus Raphael Josuas fil. R. Mardochaei Dato quem Deus servet. Absolvi eum hodie feria IV die XXVIII augusti an. 346 ».

COD. 1363

1.° R. ISAACI LATEPHI *Liber Rav pehalìm, Magnus operibus*.

2.° Ejusdem *Liber Tzuràd olàm, De forma mundi*.

3.° Ejusdem *Liber Tzeròr ammòr, Fasciculus myrrhae*, chart. rabb. in 4.° an. 1580.

Tria haec inedita ac philosophica Latephii opera continet etiam cod. 323, ad quem de iis diximus ac varios Wolfii errores emendavimus. In hoc nostro primum continet theses philos. LXXXVII, secundum capita XXVII, tertium capita XI. Sub fin.:

» Ego minimus Mardochaeus Michael Jedidia fil. Mosis scripsi hunc librum pro doctore perfecto, praeceptore ac duce meo R. Mardochaeo Dato, quem Deus tueatur... fuitque finis ejus feria III die VIII septemb. an. 340 ».

Cod. 1364

R. Jehudae fil. Mosis fil. Dan. *Comm. philos. in selecta sacrae scripturae loca*, bomb. rabb. in 4.° sec. XV.

Cod. 1365

1.° R. Jacobi Antoli *Summa* seu *Regulae de syllogismo*.

2.° Magistri Antonii de Papia *Liber de febribus* a Salom. filio Mosis Scalom medico hispano hebr. translatus.

3.° Hippocratis *Prognostica hebr. versa*.

4.° Ejusd. *Aphorismi* cum *Comm.* R. Mosis de Rieti.

5.° Mag. Antonii Sermisoni *Remedia contra pestilentiam* italice char. rabb.

6.° Mauri medici *De venae sectione* seu *phlebotomia*, chart. rabb. in 4.° an. 1486.

In exiguae illius summae praef. notat Antoli absolvisse se anno 992, Chr. 1232, in urbe Neapolis et sub rege Federico interpretationem variorum librorum Aristotelis ex expositione Averrois, videlicet de categoriis, de interpretatione, de syllogismo et de demonstratione, et Porphyrii Isagogis, quorum omnium plura in nostra hac bibliotheca extant exempla. Liber ille medicus de febribus ex eadem translatione reperitur etiam in Colbertina, teste Wolfio T. III pag. 130. Ad calc. dicitur absolutus a Raphaele fil. Ephraimi Mutinensis feria III die XXIV tamuz an. 246. Celebres sunt Hippocratis Aphorismi, quorum et plura apud nos occurrunt exempla, sed ignotus Mosis Reatini commentarius, ut ignota sunt bina postrema opuscula, illudque singulare ad marg. primi memorari pharmacum mag. Antonii de Parma. Antolii summae subjecta leguntur exotica herbarum nomina alphab. ordine digesta et interpretata et novilunia ab an. 1487 ad 1493.

Cod. 1366

1.° Anonymi seu R. Sam. aben Tibbòn *Liber Rùach chen, Spiritus gratiae*.

2.° Anon. *Observationes in Jarchii Comm. in Pent.*

3.° Excerpta *ex Medras teilìm et aliis libris*, bomb. rabb. in 4.° sec. XV.

De priori libro hic anonymo, ut in plerisque aliis ex decem nostris ejus codicibus, sed R. Sam. Tibbonidis, sat diximus ad cod. 46. Quae

sequuntur observationes in Pent. incipiunt a sect. וירא, et videntur autographae.

Cod. 1367

R. Josephi Verga שארית יוסף Sceerid josef, *Reliquiae Josephi*, chart. rabb. 4. sec. xvI.

Quo exponuntur regulae recte intelligendi Talmudis, ut habet titulus, qui et innuit ex perrara Andrinopolitana editione esse deprompum. Adjecta est ad calc. *Epistola increpationis et fidei* R. Sal. ben Lachmis ignota.

Cod. 1368

1.° Excerpta *ex Medràs rabbòth super Pent.*

2.° Jarchii *Commentarius Pirkè avòth*.

3.° Maimonidis *Comm. in Pèrek* seu *Capit. R. Meir*, chart. rabbin. in 4.° sec. xv.

Adsunt et excerpta alia, praesertim Medràs Cantici cantic., Seder ilcòth niddà, et Seder beracòth.

Cod. 1369

Anonymi *Comm. in Morè nevochìm*, chart. rabbin. in 4.° seculi xv.

Videtur ineditus et ex italica vocum expositione, quae saepe inseritur, itali auctoris.

Cod. 1370

R. Isaaci ben Lateph *Sahar ascamàim*, *Porta caeli*, bomb. rabb. 4.° an. 1452.

De opere diximus supra ad cod. 1362. Noster hic multo antiquior hanc ad calc. exhibet amanuensis notam: » Ego Joseph fil. Eleazaris scripsi hunc librum pro dilecto et nob. don Josepho Gaòn, absolvique die xix ellul an. 212 ».

Cod. 1371

1.° Alberti Magni *Liber de spiritu et anima brutorum* a R. Jehuda fil. Mosis fil. Dan. hebraice versus.

2.° Averrois *Comp. libri Aristotelis de sensu et sensibili* ex arabico hebr. translatum a R. Mose fil. Sam. aben Tibbòn, membr. et bomb. rabb. in 4.° min. an. 1460.

Prior ille liber dicitur in titulo opus fratris celebris germani, quo innui Albertum Magnum observavimus ad cod. 315, qui alterum sistit exemplar. Ad calc. dicitur is: » Scriptus a Joabo scriba fil. Menachem Josephi ad nutum R. Jekuthiel fil. Nathan Navì et absolutus hodie feria vI die xxv scebbat an. 220 min. supput. ». Posteriorem Averrois ad alios codices esse collatum evincunt crebrae notae ac var. lectiones ad marg. appositae, et epigraphe de ejus versione in fine addita posteriori manu, quae extat in tribus aliis nostris mss. hujus libri, 208, 423, 776.

Cod. 1372

R. Abba' Marì fil. Aligador *Comm. in Job*, memb. bomb. rabb. hisp. 8.° sec. xiv.

Non ineditus modo, sed et ignotus, nec auctor ipse Wolfio aliisque bibliographis notus, nisi eundem esse credas cum Abbà Marì fil. Mosis, de quo valde dubito. In titulo et epigraphe dicitur appellari lingua vernacula שן אשטרוג דשקון *San Estrogh descon*, laudaturque ut insignis doctor ac philosophus. Charactere exaratus est hispanico et orientali.

Cod. 1373

R. Mosis de Rieti מעון השואלים *Mehon ascoalim*, *Habitaculum postulantium* cum inedito anon. *Comm.*, chart. rabb. in 4.° min. sec. xvI.

Est tractatus II partis Echal seu templi libri Mikdàsc meàth hujus auctoris a nobis supra relati, quem seorsim ital. metro vertit, ac cum textu Venet. edidit Lazarus Viterbiensis. V. Wolf. T. III p. 815. Quaedam sub fin. deficiunt.

Cod. 1374

R. Jacob ben Machir *Tabulae astronomicae*, memb. rabb. in 4.° min. sec. xiv.

Fusae et egregie elaboratae et cum auctoris praef., ut in 749, ad quem conf. dicta. Pleniores etiam quam in eodem cod. legantur et in 1181.

Cod. 1375

Aristotelis vel Algazalii *Pirchè elahùd*, *Flores divinitatis*, a R. Jehuda fil. Mosis fil Dan. hebr. translati, memb. rabb. 8.° sec. xv.

Post praef. interpretis notat codex librum hunc vocari Flores divinitatis, sed ab aliis ס' העלות *librum de caussis*. Conf. dicta ad cod. 286 et 776. Recisum postremum folium, quod operis finem seu 16 circiter lineas complectebatur.

Cod. 1376

1.° Averrois עצם השמים *Robur coelorum* ex *versione* R. Jeh. fil. Mosis fil. Dan. et cum ej. *Commentario*.

2.° Alberti Germani seu Magni *Diss. de caussis* ab eod. hebr. versa ac comm. illustrata.

3.° Thomae de Aquino *De assequutione intellectus* eodem interprete.

4.° Ejusd. Jehudae *Comm. in Psal. Nisi Dominus aedificaverit domum*.

5.° Ejusd. *Saharìm*, seu *Sectiones introductoriae ad libros propheticos*, membr. semirabb. in 8.° an. 1436.

In aliis quibusdam nostris codicibus priora illa occurrunt, quibus binae aliae dis-

sertatiunculae seu excerpta subjiciuntur an in divinitatem cadere possit accidens, et num animae creatae sint ante corpora. Sectiones illae sunt LXVI, extantque etiam in cod. 1174. Ad earum calc. » Scripsi eas ego Moses fil. Isaaci de Rieti, qui summe illas desideraveram, hic Perusiae an. M. 5196, vitae vel aetatis meae 48 ».

COD. 1377

MACHAZÒR, seu *Brev. jud. precum pro die expiationis* hisp. ritus cum *Sect. variis Pentat. ac Proph., Psalmis* multis ac plurimis variorum auctorum *Hymnis* vel *Carminibus,* bombic. char. quadrato hisp. in 4.° min. vel 8.° oblungo an. 1481.

Ex tot machazorìm varii ritus, quibus nostra haec bibliotheca prae reliquis omnibus abundat, nullus profecto est, qui tantam tamque pretiosam exhibeat sacrorum carminum copiam. Maxima praesertim extat Sal. ben Gaviròl, Mosis ben Ezrae, Isaaci ben Ghiat, Abr. aben Ezrae, Jehudae Levitae, qui inter judaeorum poetas celebriores habentur, multaque sunt inter ea egregia, singularia, inedita, ignota, quae in aliis euchologiis frustra requiras. Quaedam etiam sunt nonnullorum auctorum, quorum nulla apud Wolfium ceterosq. scriptores extat memoria. Ejusmodi sunt bina Davidis ben Bakoda, bina Israelis ben Almotzli, bina Jeosephi Naghìd, unum Mosis Naghìd, alterum Jehudae Abas, ac duplex Kedoscà Josephi ben Avìtor. Sunt et bina Jechielis ben Ascer, quem vix memorat Wolfius T. I p. 574, ut incertum auctorem libri Tanià. Quod idem dicendum de Samuele ben Tzadok ben Susan, cujus unum extat carmen, si is quidem idem est auctor, sed Seder avodà Jose fil. Jose sacerdotis magni, qui et ipse hic legitur, profert T. I p. 499. Ad calc. dicitur absolutus באקלאש in Aklas an. 241.

APPENDIX
MSS. CODICUM
ALIARUM LINGUARUM
QUI
IN EADEM BIBLIOTHECA
ASSERVANTUR.



CODICES SYRIACI.

Cod. I

ܚܘܕܪܐ Circulus seu *Missale syriacum*, bomb. charact. chald. nestoriano in fol. max. 2 col. an. 1676.

Complectitur partem I, uberiusque in rubro ac rythmico titulo, qui praecedit, dicitur » Ordo ferialis et circuitus totius anni et circulus ministerii juxta ritum monasterii superioris Mosulensis qui est sanct. virorum Marì Gabriel et Marì Abrahami ». Codex litteris exaratus est rubro-nigris ac luculentis. Ad calcem » Finita est pars I Chudri seu Circuli. Deo sit laus, sintque super nos misericordiae ejus in secula amen. Absolutus est liber hic circuli mense scebbat die xI mensis feria II hebd. an. 1988 graecorum benedictorum in urbe benedicta Kusc per manus pleni culparum sacerdotis Chadbescabbè fil. sacerdotis Israelis ». Postea sequuntur longo agmine cantus simplices juxta ritum illius monasterii et illorum virorum, qui dicuntur absoluti die vIII mensis adar ejusd. anni, fusaeque in fine codicis epigraphes, in quibus perhibetur finitus in eadem urbe Chusc quae est urbs prophetae Nahum et ab eodem scriba eodemque anno graec. 1988 in diebus Eliae catholici patriarchae orientis. Notat Naironus maronita *Evoplia fidei cathol.* p. 18 nestorianorum patriarcham qui primum Babylo-

loniae residebat, post ejus urbis destructionem morari modo in hoc eodem monasterio sub invocatione sancti Hermetis Persae prope Qusc, quod parum distat ab urbe Mausal ad occidentem tigris non procul a Ninive.

Cod. 2

ܚܘܕܪܐ Circuli seu Missalis syriaci *Pars II*, bomb. litteris chald. nestorianis fol. max. 2 col. an. 1675.

Perhibet titulus esse juxta eundem ritum I partis, et monasterii superioris Mosulensis, epigraphe vero absolutam anno graec. 1987 in eadem urbe Kusc urbe prophetae Nahum in diebus patriarchae Eliae ab eodem Chadbescabbè qui et in fine ad lectorum preces se commendat. Ex mss. hisce libris liturgicis nestorianis multa peti possunt vocabula, multaeque significationes quae in Castelli *Lexico syriaco*, etiam ex nova et aucta Michaelis edit., desiderantur.

Cod. 3

Breviarium seu *Officium syriac. nestorianum*, chart. charact. chald. nestor. rubronigro et eleganti in 4.° sub fin. sec. XVII vel in. XVIII.

Cod. 4

1.° Ebed Jes. [illegible] *Glossae*.

2.° Joh. Zuhbi [illegible] *Sermones*, bombic. litteris chald. nestor. in 4.° an. 1666.

Graecorum 1978. In fronte libri: » In virtute domini nostri Jesu Christi incipimus scribere Glossas quae leguntur ante evangelium, compositas a Mari Ebed Jescu metropolita Nisibensi ». Hae Glossae omnes metricae sunt, produntque in titulis nomina sanctorum, in quorum memoriam ac laudem sunt concinnatae. Earum specimen, seu primos versus quos illi ex meo hoc codice communicaveram, in *Elementali suo syriaco* p. 81 edidit cl. Tychsen. Eas excipiunt Joannis Zuhbi Sermones ab Ebed Jesu Sobensi commemorati in suo *Catalogo* pag. 120, qui auctor non dubito quin idem sit cum eo, cujus extat in Vaticana *Carmen de septem orationis partibus* et *Grammatica syriaca*. V. *Catal. Vatic.* T. III p. 411 cod. CXCIV.

Cod. 5

Rituale syr. nestorianum, bomb. charact. chald. nestor. in 4.° an. 1692.

Veniunt primo orationes vespertinae et matutinae ordinis sacerdotalis vel pontificalis, deinde ordo liturgiae vel missae apostolorum Addaei et Mori, Theodori Mopsuesteni, Nestorii patriar-

chae CPolitani, aliique ritus. Dicitur in fine absolutum an. 2004 graec. in urbe Alkusc, vel Kusc, urbe prophetae Nahum, in diebus Eliae catholici patriarchae orientalis a sacerdote Jaldo fil. Dan. fil. Eliae Kuscitae. Postea sequuntur preces variae variaeque absolutiones, inter quas metricae nonnullae Ebed Jescu metropolitae Sobensis, una Jaldi Kuscitae, et al. Israelis Kuscitae.

Cod. 6

Ordo confessionis cum var. *Prec.* et *Canticis,* bomb. char. maron. in 12. sec. xvii.

Occurrunt et excerpta quaedam ex Evang. Lucae et Pauli Epistolis, liturgiae divi Dionisii et alia.

CODICES ARABICI

Cod. 1

Psalmi, chart. levig. in 8.° seculi xvii.

Differt translatio a polyglotta, congruitque, facta collatione, cum ea quae excusa est in Monte Libano in monasterio s. Joh. Baptistae an. 1753 et melchiticum textum continet. Tituli rubro colore exarati.

Cod. 2

Psalmi mss. interlineares in *Psalterio graeco* Venetiis excuso in 4.° an. 1534.

Sistit et haec versio textum melchiticum, a maronita quodam addita, qui eam rubro atramento distinxit. Praecedunt sub in. syriace oratio dominica ac salutatio angelica, ac subjiciuntur ad calc. binae orationes arabicae.

Cod. 3

Lectiones Evangeliorum, bombic. in 8.° sec. xvii vel init. xviii.

Ad usum christianorum, et juxta ritum ecclesiae romanae, ut monetur in fronte.

Cod. 4

Machometis *Koranus,* bombic. in 4.° an. 1598.

Surarum, seu sectionum vel capitum tituli rubris, ut in plerisque aliis codicibus, litteris expressi, et absolutus, ut legitur in fine, anno hegirae 1007. Koranus ex supremo tum imperatoris, tum sacri antistitis mandato in regionibus quibuslibet, in quibus moslemi imperant, nequit imprimi, quumque anno 1198 hegirae, Ch. 1784, sultanus Abdullahmid novum de restituenda typographia decretum edidit, sacros religionis libros aperte excepit. V. Toderini *Letter. turchesca* T. iii pag. 211. Hinc infinita mss. exemplarium copia, quorum plurima in varias Europae provincias delata. At vero extra muhame-

dicam ditionem variae factae sunt editiones. Omnium prima est Brixiensis an. 1530, cujus quum nullum supersit exemplar vel vestigium, de ejus existentia multi dubitant, nosque ipsi olim dubitavimus in dissert. prael. ad *Epithalamia exoticis linguis reddita* p. XIX. Sed ea ex auctorum testimonio videtur jam reapse extitisse. Hanc subsecutae binae Hinchelmanni et Maraccii ac recentissima Petropolitana. In mss. classe ac numero plerique recentioris aetatis sunt ac charactere neschì conscripti, sed sunt inter eos antiqui non pauci, omnium vero antiquissimi habendi ac rarissimi qui sunt cuphicis litteris exarati, quorum nonnulli in publicis nostris bibliothecis, plures vero in CPolitanis vel asiaticis extant. Sistunt autem omnes eam editionem, quam tradunt arabici scriptores Abubechri cura et studio primum factam fuisse, deinde vero Otmanni auctoritate confirmatam. V. Abulfedae *Annal.* T. I p. 213 et 265, et Ismaelem Sciahinsciah in *Vita Abubechri* apud Maraccium *De Alcor.* p. 39.

Cod. 5

Koranus, bombic. in 4.° sec. XVI.

Solus Alcorani textus exhibetur, omissis prorsus sectionum titulis ac comatum distinctionibus, seriorique manu repetitur ad calc. I sura. Constat foliis 300.

Cod. 6

Koranus, bombic. in 4.° min. sec. XVI.

Non deest in hoc codice, potissimum in titulis, lectionis varietas. Sic ex. g. surae postremae CXIII, CXIV, quae in edito textu dicuntur meccanae, in nostro sunt medinenses. At vero in recentioribus Koranis rarae et exigui momenti variantes occurrunt, quaerendaeque eae in antiquis et cuphicis, in quibus tot et tantae olim superant, ut auctor persici comm. ms. in Koranum bibl. Lips. exponens in prolegom. dotes interpretis, inter has postulet » nosse diversas lectiones seu historiam quasi litterariam critices alcoranicae ». V. Reiskii notas ad Abulfedae *Annales* T. II p. 668. Sunt etiam qui de variis Korani lectionibus scripserunt, inter quos Abu Ali Hosain fil. Ahmed fil. Abdel Gafari persa ac cel. grammaticus, et Segestani in libro, quem *Ekhtelafal massahef* seu *De diversitate exemplarium*, inscripsit. V. eosdem Abulfedae *Annales* T. II p. 563 et Herbeloti *Bibliothecam* p. 86. Immo vero vix editus est per partes Kora-

nus quod de ejus lectione exemplaria, docti, urbes, provinciae integrae dissidere coeperunt, quibus componendis primum Abubecher, cui prima debetur hujus libri compilatio, deinde Otmannus aliique vacarunt. Noster hic codex continet et ipse folia 300, hocque singulare quod exhibet vestigia sanguinis turcae in expugnatione urbis Madras interempti. Miles vendidit Beniam. Schulzio missionario olim ad indos orientales, ex quo in cl. Tychsenii manus ac postremo in meas devenit.

COD. 7

KORANUS, bombic. in 4.° min. sec. XVI vel init. XVII.

COD. 8

KORANUS, bombic. vel chart. orient. laevig. in 4.° min. sec. XVII.

Nitidissimus atque elegantissimis picturis aureisque titulis condecoratus.

COD. 9

KORANUS, bombic. in 8.° sec. XVI.

Pulcherrimus codex, sub cujus initium miniatae reperiuntur binae integrae paginae, sub init. vero sectionum tituli aurei. Sed omissa est a scriba, nescio qua de caussa, I sectio, desinitque ad sect. LXXXVII v. 10.

COD. 10

KORANUS, bombic. in 12. sec. XVII.

COD. 11

KORANI *Surae plures*, bomb. in 4.° min. sec. XVI.

A sura LXVII usque ad CXIV, seu usque ad fin. libri. Adjecta ad calc. I sura, quam solent arabes in eorum codicibus repetere.

COD. 12

KORANI *Surae selectae*, bomb. in 4.° min. sec. XVI vel init. XVII.

Numero decem et sunt LXVII, LXVIII, LXIX, LXX, LXXI, LXXII, LXXIII, LXXIV, LXXV, LXXVII.

COD. 13

KORANI *Surae selectae*, bombic. in 4.° min. vel 8.° sec. XVI vel init. XVII.

Videlicet sectio LI a v. 30 usq. ad fin., ac sex sequentes.

COD. 14

KORANI *Sura II* a vers. 143 ad 254, bombic. in 4.° min. sec. XVII.

COD. 15

KORANI *Surae selectae cum prec.*, bomb. 12. sec. XVII.

COD. 16

KORANI *Surae selectae*, bomb. in 16. sec. XVII.

Cod. 17

Anonymi *Cantica sacra*, chart. laevig. in 12. sec. xvii.

Rubris saepe cohonestata lineis. Primum est de Joh. fil. Zachariae.

Cod. 18

Liber mahomed. precum bomb. nitid. in 8.° maj. anni 1580. Anni hegirae 988.

Cod. 19

Ibrahim de Aleppo *Praecepta legis ex Alcorano excerpta*, bombic. nitid. ac pulcherr. in 8.° sec. xvii.

Ut muhamedanorum munia quae respiciunt, facilius intelligantur et observentur.

Cod. 20

Abdal Modsonab *Tract. de divina sapientia*, bomb. in 4.° sec. xv.

Nihil de eo Herbelotus, ut et de praecedenti.

Cod. 21

Imam Soliman fil. Abdel Chavì Altophi *Liber dictus Hortus amoenus*, bomb. in 4.° min. sec. xvi.

De titulo ac dignitate Imam, seu religionis antistitis ac judicis Herbelotus p. 491, sed de hoc auctore iterum nihil. Libri argumentum titulus ipse exponit, majoribus et aureis conscriptus litteris, subdens agere » de fundamentis juris divinarumque rerum scientiae ».

Cod. 22

Anonymi *Historiae, parabolae, et expositiones morales*, bomb. in 8.° sec. xvi.

Sexdecim libris contentae, seu saltem usque ad xvi lib. protractae in codice utrinque imperfecto. Inter eas multae Jacobi, Josephi, Mosis etc. ex Bibliis vel traditionibus excerptae.

Cod. 23

Anonymi *Liber logicae*, bomb. in 12. sec. xv.

Cum perpetuis scholiis marg., sed initio mutilus. Ad calc. indicari videtur an. heg. 886, Chr. 1481, ejusque aetatis est codex.

Cod. 24

Machì Aldin ebn Arbi *Liber carminum*, chart. laevig. in 8.° sec. xvii.

Dictus » Interpretatio cupientium et lacrymae amantium ». Herbeloto ignotus liber et auctor.

Cod. 25

Anonymi *Libellus grammaticus*, bombic. in 8.° sec. xvi vel init. xvii.

Ex epigr. eruitur inscribi Socius regis, subjecto nomine Jacub cujusdam ebn Naabar. Princeps grammaticorum arabum est Saibujàhius,

quem proxime sequitur Abu Bekr Abdelkaher auctor Centum regentium Romae excusi, qui obiit an. heg. 471, deinde vero Ebn Alhagebus, et Alagrumaeus, quorum alter Caphiam edidit, alter Giarumiam. V. Jenisch *De fatis ling. or.* p. 33.

Cod. 26

Anonymi *Libri de arte grammat. et eloquentia cum Comm.* vel *Scholiis*, bomb. nitid. in 4.° min. an. 1661.

Complectitur tria opera de iis argumentis, conscriptusque est anno heg. 1072.

Cod. 27

Anonymi *Grammatica arabica et turcica*, bomb. in 4.° min. sub finem sec. xv vel init. xvI.

Saepe alternis lineis rubro-nigris et quidem eleganter exaratus.

Cod. 28

Anonymi *Opus grammaticum*, bombic. in 4° min. vel 8.° oblungo sec. xv.

Habet et crebra scholia, sed caret initio ac fine.

Cod. 29

Anonymi *Liber grammaticus*, bomb. in 12. sec. xvI vel init. xvII.

In vII sectiones divisus et cum scholiis marg., sed init. mutilus, incipiens a sect. III.

Cod. 30

Anonymi *Lexicon gallicum et arabicum*, chart. in 4.° sec. xvI.

A gallo quodam in Turcia digestum et compactum, qui alphabetico ordine primo profert verba ac phrases suae nationis, deinde arab. expositionem, saepe multiplicem ac variam. Saepe etiam integrae arabicae phrases et sententiae solae producuntur, pluraque earum congeruntur exempla.

Cod. 3

Abul Chassan *Opus medicum* hebr. vel rabb. litteris, sed idiomate arabico, memb. et bomb. 4.° sec. xvI.

Plenius auctoris nomen est Abu Alchassan ben Allà ben Alchassan Altaviv seu medicus, inscribiturque opus כתאב אל מגני *Liber clypei*, agens de variis morborum speciebus eorumque cura. Silet de eo Herbelotus, sed idem videtur cum Abulhasan Said ben Hebat Alla ben Alchasan philosopho et medico, cujus extat in Bodlejana comp. medicum *Constitutio hominis* inscriptum. V. *Catal.* p. 142 cod. arab. 619.

Cod. 32

Agapio *Salus peccatorum* arabice sed charact. chald., chart. in fol. min. sec. xvII.

Erat auctor monachus cartusianus, agitque de vitiis capitalibus, sed libri finis desideratur.

Cod. 33

Preces *matutinae ac vespertinae* arabice charact. chald., chart. in 12. sec. XVII.

Cod. 34

Anonymi *Historia romanensis monachi cum medico* arabice, sed litteris syriacis, bomb. in 12. sec. XV.

Vulgo carschiunicus, quam appellationem Gabriel Sionita et Naironus a syro quodam ejus cognominis putant derivare, Assemanni vero a vocabulo garscion, quod adventitium sonat, exoticum, peregrinum.

CODICES PERSICI

Cod. I

1.° Anonymi judaei *Versio Libri Jobi*.

2.° Ejusd. *Versio Threnorum Jeremiae*.

3.° Anonymi *Commentarius in Threnos*.

4.° Ejusd. *Comm. in Hist. martyrii Machabaeorum*.

5.° Ejusd. *Medràs diei* IX *mensis av*, charact. quadr. persico in 4.° sec. XV.

Omnia inedita ac tria postrema etiam ignota. Extant in cod. hebr. 1093. Priorem etiam Jobi versionem, ut ter in Colbertina extantem, commemorat le Longius *Bibliot. sacra* T. I p. 132, ubi et ineditas alias sacr. librorum hujus linguae versiones tum a judaeis tum a christianis, sive ex hebr. textu, sive ex aliis versionibus factas accurate recenset. Colbertini illi codices sunt regii Parisienses XL, XLI, et XLII. Quae cum heb. textu et heb. charactere extant, inter quas nostra haec Jobi, eae a persis judaeis ex textu ipso factae censendae sunt. Mirandum ergo non modo a Waltono, sed a Carpzovio, Wolfio, Michaelis, Eichornio, ac Maschio ipso qui le Longium exscribit, solam Tawosi Pentat. versionem commemorari, reliquas omnes praetermitti. Ipse tamen le Longius silet profundissime de versione Threnorum aliisque quae in nostro codice illi subjiciuntur. Quod et a reliquis omnibus bibliographis fit, solis exceptis auctoribus *Catalogi* regii Paris., qui in hoc le Longio accuratiores monent in uno ex Colbertinis, seu regio XLI, praeter Job Jeremiae quoque Lamentationes servari. Utraque versio alternis versibus in nostro codice sacro textui subjungitur, ut fit in aliis non paucis quoad chald. paraphrasim, et sequitur utraque lectionem sui textus,

etiam ubi is a comuni recedit, ac singulares fovet discrepantias. Sic Jobi XXIV 13, ubi textus nostri codicis pro *jascevù sederunt*, legit *jascuvu reversi sunt*, ut Vulgatus, hanc eandem lectionem exhibet persica translatio ונרה באז גשתנד במריקהא אוי, ut monuimus in *Scholiis crit.* pag. 121. Aliquando tamen textuali lectione rejecta marginalem reddit, ut XXXIV 14 in iisdem *Scholiis*. Persicus comm. Thren. inscribitur קיצה קִינה, incertique auctoris est, ut et bini seq., sed certe judaei in Persia degentis.

Cod. 2

Ismael Saphaani *Divàn* seu *poematum Collectio cum Comm.*, bombic. in 4.° maj. 2 col. sec. XVI.

Elegantissimus codex, cujus titulus perpulchro ornatu aureo ac varii coloris est nobilitatus. Carmina binis col. variisque lin. aureis vel color. affabre divisa, ac pulch. litteris diligenter exarata. Auctor Herbeloto ignotus.

Cod. 3

Anon. *Liber carminum*, inscriptus *Rex et pauper*, chart. orient. in 4.° min. 2 col. nitidiss. sec. XVII.

Cod. 4

Hafèz *Carmina*, bomb. in 8.° 2 col. sec. XVI vel in. XVII.

Qui eum olim possederat, anon. gallus, haec sub init. notavit: » L'auteur de ce livre s'appelle Hafiz. C'est un poete Persan très-renommé qui écrit bien et élégamment. Les Turcs savants se servent beaucoup de ses jolis mots et pensées dans leurs conversations, comme par exemple nous autres d'Ovide, de Virgile et d'Orace ». Celebratissima sane sunt Hafezi carmina et auctor ipse celeberrimus ex urbe Sirazi oriundus, quae Persiae Athenae dici potest, unde multi et egregii scriptores originem duxerunt. De eo ejusque libri laudibus praeter multos scriptores conf. Petrus a Valle *Itin.* ep. XVII. At vero Hafezi celebritati versionis difficultas videtur hucusque obstitisse, ut in proœmio ad *Specimen poeseos persicae* Vindobonae editum an. 1771 monet baro a Reviczki, qui deinceps, difficultate illa invicte superata, auctoris nostri carmina totidem latinis elegantissime reddidit. Codex noster est vere magnificus tantoque opere dignus, sive chartae nitorem spectes, sive characteris elegantiam, sive concinnam versuum ac stropharum divisionem, sive demum praeclaras picturas vel ornamenta, quibus titulus ac paginae condecorantur.

Cod. 5

Saadì Mosleedìn Scirazitae *Liber dictus Gulistàn, Hortus rosarum,* bombic. in 8.° oblungo sec. xvI.

Gentius qui latine vertit et edidit, *Rosarium politicum* inscripsit, propterea quod inter cetera argumenta de regibus agat eorumque indole ac consuetudinibus, de educatione et institutione ejusque efficacia ac vi, de conversatione ejusque regulis ac statutis. Inter Saadì scripta primum locum nostrum hoc occupat, ut occupat Saadì ipse inter persarum auctores, qui nullum habent eo celebriorem, nec Haphez ipso excepto qui communem cum eo sortitus est patriam.

Cod. 6

Kassemi Tzanì *Divàn scahenscàh namèh*, seu *Carmina libri* dicti *Rex regum,* bomb. 8.° 2 col. an. 1498.

Herbelotus in *Bibl. or.* p. 769 praeter Scahnameh cel. Ferdusi, memorat et alterius poetae Cassem Gunabadì Scahnameh, quo historia ac laudes contexuntur scah Ismael primi regis dynastiae modo regnantis. Sed de nostro hoc auctore et opere silet profunde, illud unum notans cognomen seu titulum scahanscàh, unde scahenscàh derivatum est, proprium fuisse Baharam fil. Baharam filii Scabur regis Persiae, Adhad vero Aldulath principem familiae Bouidarum, ut tradit Ebn Amid, primum fuisse scahenscah seu regem regum inauguratum. Opus totidem distichis constat, ut Ferdusianum, non aeque tamen copiosum. Comprehendit namque circiter quatuor mille disticha, versus vero octo mille. Dicitur ad calc. codex conscriptus a Machmed fil. Abubecher an. heg. 904.

Cod. 7

Anonymi *Poemata,* bomb. in 8.° 2 col. sec. xvI.

Pro more persarum qui in calligraphia eminent, scriptura est egregia, titulus auro variisque color. depictus, paginae aureis lin. ornatae.

Cod. 8

Anonymi *Grammatica persica et turcica,* bomb. in 4.° min. an. 1667.

Rubro-nigris litteris ac lineis eleganter conscriptus anno, ut ad calc. legitur, 1078 hegirae. Notat Jenisch *De fatis ling. or.* p. 61 linguam persicam poetarum magis sententiis quam regulis excultam, rarioresque esse grammaticas hujus linguae.

CODEX TURCICUS.

Anonymi *Liber historicus,* bomb. in 4.° min. an. 1597.

Absolutus, ut habetur in fine, die VII mensis giumadi an. heg. 1006.

CODICES ARMENI.

Cod. I

Sancti Ephraem, Joh. Chrysostomi, ac Gregorii de Harech armeni *Orationes pro sing. diebus hebdom.*, chart. laevig. in 8.° sec. XVII.

Cod. 2

Anonymi *Horoscopus de fato hominum*, bomb. in 8.° sec. XVI.

Similis codex, sed char. tantum armeno, idiomate vero turcico expressus, extat in Naniana. Vide Assemani *Catal.* P. I p. 148.

CODEX IBERICUS.

Liber var. precum, bombic. in 8.° sec. XVII.

COD. MALABARICUS.

Anonymi *Disputatio de religione inter christ. sacerdotem habita ac malabarem sacrorum ministrum*, ms. in foliis palmarum sec. XVII.

Vetustissima scribendi ratio ac forma. » Palmarum enim foliis, inquit Plinius, primo scriptitatum, deinde quarumdam arborum libris ». V. et Petrum a Valle *Viaggi* T. III p. 263 et Legipontium *Disser. de adornanda bibliotheca* pag. 101.

CODICES SINENSES.

Cod. I

Anonymi *Liber botanicae cum figuris herbarum ac plantarum sinensium*, sericus xylographicus, seu ligneis tabulis expressus in 4.° sec. XVI vel init. XVII.

Quum rarissimi sint codices sinenses qui de botanica agant, noster hic in rariorum numero collocandus. Sunt inter herbas ac plantas quaedam europeae, sunt et asiaticae nobis ignotae.

Cod. 2

Anonymi *Tractatus brevis de indulgentiis*, sericus in 8.° sec. XVIII.

A missionariis nostris excusus mihique dono datus a doctiss. atque emin. Borgia.

CODICES GRAECI.

Cod. I

Quatuor Evangelia, in 4.° 2 col. sec. XI.

In hoc pretioso cod. quem ex Graecia ipsa accepimus, praecedunt sing. evangeliis rubris ac quadratis vel capitalibus litteris τὰ κεφαλάια, seu capita et argumenta, quae, paucis exceptis, conveniunt cum iis quae edidit Matthaei. Praecedunt etiam singulis graeca sex versuum epigrammata, ico-

nes seu imagines evangelistarum auro variisque expressae coloribus, sed vetustate corrosae, ac tituli aurei et ornati. Epigrammata differunt ab iis, quae ex mss. codicibus praemittuntur in commemorata Matthaei editione. Minoribus litteris sed nitidiss. et elegantissimis est exaratus textus, in duas col. divisus, sed majusculis saepe insertis coloratis, notatisque supra vel infra paginas rubro atramento argumentis quae in iis occurrunt. Quum sit codex ex plurium numero qui intacti adhuc sunt, nec ab ullo collati, ac viderem multas varias lectiones, saepe gravioris momenti, perraras, singulares, in eo delitescere, rem perutilem me olim facturum putavi, si conferrem in integrum. Specim. gratia decerpam hic selectas nonnullas ex primis capitibus Matthaei. Cap. II 11 legit εἶδον, II 13 pro δὲ ἀυτῶν correctum τῶν μαγῶν, III 8 καρπὸν ἄξιον, III 11 deest ϗ πυρί, IV 10 Ὑπαγε ὀπίσω μοῦ, IV 18 abest ὁ ἰησοῦς, V 27 deest τοῖς ἀρχαίοις, V 28 ἀυτὴν, V 44 τοῖς μισοῦσιν, V 47 φιλους pro ἀδελφοὺς, VI 18 abest ἐν τῷ φανερῷ, VI 34 ἑαυτῆς omisso τὰ, VII 2 μετρηθήσεται, VII 14 τι pro ὅτι, VII 12 οὔτως, VIII 5 ἀυτῷ pro τῷ ἰησοῦ, VIII 8 λόγῳ, V. 13 ἑκατοντάρχῃ, V. 15 αὐτῷ, IX 5 σου pro σοι, et ἔγειρε, V. 17 ἀμφότεροι, V. 33 deest ὅτι, V. 35 deest ἐν τῷ λαῷ, V. 36 ἐσκυλμενοι, X 8 deest νεκροὺς ἐγείρετη, V. 10 ῥαβδοὺς in pl., V. 28 φοβεῖσθε. In singulis his locis magna est in mss. a Stephano, Millio, Westenio, Griesbachio, Birchio, Matthaeio collatis dissensio, multique ex iis lectionem nostri codicis auctoritate sua comprobant, ut et vetustae versiones non paucae. At vero praeter has alias complures reperi perraras ac singulares, quae in paucissimis iisque antiquissimis extant, vel etiam in nullo. Sic Matth. II 18 deerat ex prima manu ϗ ὀδυρμὸς, nec legunt Syrus, Arabs, Vulgatus et Aethiops. III 3 λέγοντος. Deerat et ex prima manu hoc verbum, omittuntque Syrus vetus, Syrus hieros. et Persa. V 32 habet ϗ ὁ ἀπολελυμὲνὴν γαμήσας, ut apud Westenium cod. 80 seu Graevianus, et ap. Birchium Vatic. 1209. XII 35 λεγόντος. Deest in codice, in Arabe et Persa. XX 29 ἠκολούθησαν, ut West. duo, Birch. unus, Matth. varii et Syrus Philox. XXV 1 post νυμφίου abrasa tria vocab., seu ϗ τῆς νυμφῆς, quod habet Cantabrigiensis et alii pauci, Vulgatus, Syrus ac Persa. XXV 13

deerant primo verba ἐν ῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται, quae nonnulli alii, inter quos Vatic. 1209, ac variae versiones non legunt, respuitque ut spuria Griesbachii editio, Millius vero ex XXIV 44 huc translata opinatur. Marci IV 20 deest secundum et tertium ἕν, ut in Vatic. 1209, et V 40 deerat primo ἀνακείμενον quod idem Vatic. 1209 omittit. VI 40 habet ἀνέπεσαν, ut idem Vatic. 1209, ac quidam Westeniani. VIII 38 pro ἂν legit ἐὰν, ut idem Vatican. 1209 et quidem solus apud Birchium. Consensus cum hoc codice omnium vetustissimo in aliis lectionibus observatur. Luc. XVIII 13 post ὀφθαλμοὺς deletum verbum, procul dubio αὐτοῦ, quod hic addunt Hauniensis secundus, Syrus, Arabs, Aethiops. Joh. VIII adest historia adulterae, sed cum multis discrepantiis. V. 2 post πάλιν addit βαθέως, pro παρεγένετο legit ἦλθεν, et addit ὁ ἰησοῦς. V. 3, 4, et 5 ad marg. obelis notantur. V. 4 pro λέγουσιν habet εἶπον, et ταύτην εὕρομεν ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένην. V. 5 post νόμῳ addit ἡμῶν, deest ἡμῖν, et pro λιθοβολεισθαι legit λιθάζειν. V. 6 pro κατηγορηῖν αὐτοῦ habet κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ. V. 7 pro ἀνακύψας ἀναβλέψας et αὐτοῖς, et βαλέτω ἐπ' αὐτὴν. V. 9 desunt verba καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, et pro ἑστῶσα habet οὖσα. V. 10 omittit καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, et pro εἶπεν legit εἶδεν αὐτὴν καὶ εἶπεν, et deest αὐτῇ et pro ἡ γυνὴ habet γύναι. Desunt praeterea quae sequuntur ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου. In quibus omnibus locis eximia accedit aliorum codicum auctoritas. Conf. praeter Millium ac Westenium Birchius ac Matthaeius. Clauditur codex lectionum eccl. indice chartaceo ac serioris aetatis.

Cod. 2

Quatuor Evangelia memb. 12. sec. XII vel XIII.

Character minutissimus, sed nitidus et elegans, tituli maj. litteris rubri sed flavioris coloris et ornati. Praemissi leguntur indices eccl. lectionum ac capitum, factaque integra etiam hujus codicis collatione non exigua in eo reperta est lectionis varietas. Congruit cum praecedenti in var. lect. Matth. II 11, III 8 et 11, IV 10 et 18, V 27, 28, et 47, VI 18, VIII 5, 8, IX 5 σου, 17, X 8, et 10. Cap. VIII 13 addit integrum versum καὶ ὑποστρέψας, quem alii non pau-

ei legunt, et quidem cum additamento αὐτοῦ post παῖδα quod habent nonnulli. IX 15 habet ὅσον χρόνον, v. 18 ἄρχων τίς, v. 27 υἱός, ut habent alii non pauci in collationibus hucusque institutis, et v. 28 omittit ὁ ἰησοῦς, quod alii quidam omittunt. Sic XI 20 post ἤρξατο addit ὁ ἰησοῦς et v. 21 post σποδῷ καθήμεναι, et XII 23 post ἐςὶν ὁ χριςὸς etc. Joh. VIII 1 ad 12 historia adulterae ad marg. lineolis notatur, ac XXI 1 post μαθηταῖς addit αὐτοῦ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, quibus omnibus lectionibus, ut et aliis innumeris, plures alii codices suffragantur.

Cod. 3

Sancti Joh. Chrysostomi *Homiliae selectae*, chart. in 4.° sec. XV.

Cod. 4

Collectanea *ex sacra Scriptura, Patribus et ecclesiasticis Scriptoribus*, bombic. in 4.° sec. XV.

Titulus Διαφοςοι λογοι πρων γεροντ., primumque excerptum Ex τω Γεροντικῶ περὶ φιλαδελφ. Ducta sunt haec collectanea ex variis libris et auctoribus, qui rubro atramento ante excerpta ipsa indicantur. Videlicet ex Gerontico, ex abbate Isaia, Palladio, Anastasio Sinaita, ex Vita s. Pachomii, Basilio, Cyrillo Hieros., Nicephoro archiep. CPolit., Chrysostomo, Maximo, Neilo, Theodoreto, Athanasio, Josepho Flavio, Marco monacho, Eusebio Phamph., Gregorio, Dionisio, Epiphanio, Nemesio, Isaaco, Cassiano, ex sacris item libris Exodi, Deut., Jobi, Davidis, Salomonis, Sirach, Isaiae, Jeremiae, Proph. minorum, Judith, Ecclesiastici, Evangeliorum, Act. apost., Petri ac Pauli. Fol. 505 ad 549 occurrit diffusus Sermo Jacobi monachi, fol. vero 553 Isaaci Syri excerpta ex Epistola ad abbatem Simeonem aliisque scriptis. Videtur collector Marcus quidam a monacho distinctus. Nam fol. 73 ad 129 extat prolixum σχόλιον μάρκου τοῦ συγγραφέως, et 129 τοῦ αὐτοῦ ἐκλογὴ απο διαφόρων κεφαλάιων etc. Biblici textus habent interdum singulares discrepantias. Sic Jobi XXXIII 23 ex. g. post νοήσῃ *cogitaverit* addit ἀνος *homo* et pro ἄνοιαν *stultitiam* legit ἀνομίαν *iniquitatem*, et v. 26 pro ἱλαρῷ *ilari* facie, καθαρῷ *pura*. Exod. XV 26 sequitur cod. Alex. et Hebr. textum, omittens ὁ Θεός σου *Deus tuus*. Constat ex nota titulo praefixa pertinuisse olim ad Athanasium quemdam hieromonachum.

Cod. 5

1.° Gennadii patriarchae CPol., Scolarii etiam dicti, Ἔκθεσις σύντομος περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως, *Expositio brevis de fide christianorum*.

2.° Divi Joh. Damasceni Περὶ τῆς θείας καὶ ἀκαταν οήτου θεότητος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ *De divina et incomprensibili divinitate Domini nostri Jesu Christi, et de ejus in carne economia*.

3.° Ej. Περὶ τοῦ σώματος καὶ αἵματος *De corpore et sanguine Domini et Dei et servatoris nostri Jesu Christi*.

4.° Photii patriarchae CP. Ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας ἐπιστολῆς περὶ τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων, *Ex epistola ad Michaelem Bulgariae principem de septem oecumenicis synodis*, bomb. laev. in 16. sec. xv.

Prima illa expositio dicitur in titulo data sultano Amurato atque ab eo petita, estque diversa ab ea, quam in Machometis gratiam per dialogum continuavit, et extat in *Bibliotheca patrum*.

Cod. 6

1.° Alexandri Aphrodisaei Περί εἱμαρμένης, seu *Liber de fato et de iis quae in potestate nostra sunt*.

2.° Plutarchi Εἰς τὸν βίον τοῦ Ομήρου, *In Vitam Homeri*.

3.° Ej. Περὶ παίδων ἀγωγῆς, *De puerorum educat.*

4.° Ej. *Epistola consolatoria ad Appollonium*.

5.° Aristotelis *Liber* περὶ παντὸς κόσμου, *De universo mundo ad Alexandrum regem*, chart. in 4.° sec. xv.

Cod. 7

Strabonis *Geographiae liber xI, qui Asiam complectitur*, chart. in fol. sec. xv.

Nitide et eleganter conscriptus. Titulus rubro char. στραβωνος γεωγραφικῶν ἕνδεκα.

Cod. 8

Anonymi *Scholia in Sophoclem*, chart. fol. sec. xv.

Sunt in omnes Sophoclis Tragoedias, excepto Philoctete, et inedita.

Cod. 9

Simeonis grammatici *Etymologicum graecum* bomb. in 4.° min. sec. xII.

Ineditum antiquum, ac pretiosum opus, sed hic illic a tineis corrosum, unoque folio sub fin. mutilum, quod finem complectebatur litterae postremae, seu omegae. Litterae minutae, abbreviaturae ac nexus frequentissimi, inter quos singulares non pauci et inusitati, qui

lectionem impediunt. Extat etiam in bibliotheca Caesarea, teste Nisselio P. VI p. 77, et Fabricio *Bibl. graeca* T. X p. 23. In fronte nostri codicis auctor appellatur magnus grammaticus, τοῦ μεγαλοῦ γραμματικοῦ.

COD. 10

GUARINI Ερωτήματα, *Erotemata prosodiae*, memb. in 12. sec. XV.

Sunt in codice anonyma, sed congruunt cum iis quae sub Guarini nomine edidit Aldus anno 1517, ut fert ms. nota Burney.

CODICES LATINI.

COD. 1

BIBLIA VULGATA cum *Praefationibus* divi Hieronymi, memb. in 4.° 2 col. sec. XIII vel init. XIV.

Post Hieron. praefat. in Pent. deficit fol., initiales saepe variis coloribus et figuris expressae, lib. II Esdrae subjicitur III, Apoc. vero index nominum et verborum.

COD. 2

BIBLIA VULG. cum Hier. *Praef.*, memb. in 4.° 2 col. sec. XIV vel init. XV.

Seriori manu praemissus est Esd. liber III, in titulo mendose dictus II. Librorum exordia maj. litteris auro varioque colore variisque figuris condecorantur, sed ad calc. V. T. abscissum est fol. Pauli Epistolae praecedunt Actus apostolicos.

COD. 3

BIBLIA VULG. cum Hier. *Prologis*, memb. 2 col. in 4.° min. vel 8.° sec. XIII.

Minutus est character, in var. plagulis obsoletus et eflavescens. Post Esd. lib. II sequitur III, Esther, Job, Tobias, Judith, Parabolae Salom., Eccle., Cantic. etc., post Jeremiam Threni et quidem sine titulo *Et factum est* etc. qui tamen posteriori manu in sup. marg. est restitutus, omissis verbis *amaro animo suspirans et ejulans*. Baruch non Jeremiae postponitur; sed Prophetis min., Epistolae autem Jacobi, Petri, Joh., et Judae praecedunt Paulinas. Psalmi desunt. Ad calc. extat index heb. nominum cum lat. interpr., quem recentiori char. excipiunt *Sectae haereticorum compositae per fr. Raym. Placentinum*. Sacer textus saepe ab edito dissidet, interdum post. manu emendatur.

COD. 4

BIBLIA VULG. cum *Prologis*, memb. 12. 2 col. sec. XIV.

Char. minutissimus, init. majores et ornatae. Liber III Esd. II subjicitur sub tit. II, quia praecedens inscribitur

nomine Nehemiae. Parab. Salom. habent ad marg. crebra scholia, IV Evang. excipiunt Pauli Epistolae, Actus apost., Epist. Jacobi et al., Apoc. et interpr. nominum.

Cod. 5

Liber Exodi Vulg. cum *Scholiis*, memb. 4.° sec. XII.

Textus in medio situs, hinc inde minori char. scholia. Extant et notae non paucae interlineares. Prior littera maxima varioque colore affabre depicta.

Cod. 6

Psalterium ex *Vulg. vers.* et *Cantica* cum *Scholiis*, memb. in fol. min. sec. XII.

» Incipit liber hymnorum vel soliloquiorum prophetae de Christo ». Sic fert libri titulus maj. litteris triplicique colore praefixus, rubro, viridi ac caeruleo. Praeter I max. formae initiales aliae non paucae extant auro variisque vividissimis expressae coloribus, scriptura ac memb. nitidissima. Scholia non modo ad marg. sed et intra lineas collocantur, ac Psalmis subjiciuntur Cantica Isaiae, Ezechiae, Annae, Habacuci ac bina Mosis.

Cod. 7

Psalterium Vulg. cum *Canticis*, *Antiphonis* et *Orationibus*, memb. 12. sec. XV.

Cod. 8

Psalterium *sec. Roman. curiam et Brev. fratrum minorum*, memb. 12. sec. XV.

Cod. 9

Canticum cantic. ex *Vulg. vers.* cum *Comment.*, memb. in 4.° sec. XIV.

Praecedit calendar. Sacer textus rubro char. distinctus. Sequuntur capitula de nocticorace, de passere, de fenice, de upapa, de erinacio, de unicornio, aliisque animalibus, ac rebus, ac postremo sermones varii argumenti.

Cod. 10

Machab. Lib. II *Fragm.*, memb. fol. maj. 2 col. sec. XIV.

Cod. 11

Novum Test. Vulg., chart. in 4.° sub fin. sec. XV.

Actus apostol. ad calc. Paul. Epistolarum amandati.

Cod. 12

Quatuor Evangelia cum Hieron. *Prologo*, membr. in 8.° sub fin. sec. XV vel in. XVI.

Membrana summi nitoris ac picturae quae codicem condecorant, summae elegantiae. Quae primo loco occurrit, integrae pag., Hieronymum sistit in deserto describentem sacra volumina, reliquae min. moduli vel

init. litteras repraesentant, vel IV evangelistarum imagines vel possessoris stemma.

Cod. 13

Evangelia Quadrages. cum anon. *Exposit.*, memb. in 4.° 2 col. sec. XIV.

Cod. 14

Actuum Apost. *Fragm.* cum *Prologo in Epist. can.*, et init. *Ep.* Jacobi, membr. in fol. max. 2 col. sec. XIII.

Cod. 15

Epistolae divi Pauli, Jacobi, Petri, Joh. et Judae, memb. in 4.° sec. XV.

Initiales aureae et ornatae, primaque exhibet praeterea imaginem divi Pauli eleganter depictam.

Cod. 16

Anon. *Postilla super Dan.* memb. 2 col. in fol. sec. XIV.

Cod. 17

Anon. *Expositio alleg. V. ac N. T.*, memb. in 4.° 2 col. init. sec. XIV.

= Richard v. St. Viktor

Cod. 18

Petri Magistri seu Comestoris *Historiae V. ac N. T.*, memb. fol. 2 col. sec. XIV.

Cod. 19

Petri Comestoris *Historiae N. T.*, memb. in 4.° maj. sec. XIII vel init. XIV.

» Incipiunt hystorie scolastice super novum testamentum ». Ita titulus non expresso auctore. Adsunt ad marg. notae et scholia, explicitque liber ac codex apostolorum martyrio.

Cod. 20

Breviarium *ad usum ord. divi Benedicti*, membr. in 16. anni 1432.

Cod. 21

Officium B. V. cum *Psal. poen.*, memb. 4.° min. sec. XV.

Nitidiss. codex, ital. char. exaratus, sub cujus init. elegans occurrit pictura, quae integram occupat pag. et annuntiationem repraesentat. Pag. adversa sistit aureum titulum, imag. Virginis Jesum ablactantis, stemma gentilitium et ornatum. Insignis alia imago Christi defuncti prope finem conspicitur ac crebrae aureae initiales.

Cod. 22

Horae de s. Cruce, *de s. Spiritu, Officium B. V., Psalmi poen.* et *aliae Preces*, memb. in 8.° sec. XV.

Codex praestantissimus sive ob aureas initiales, quibus undique fulget, sive ob pretiosas et elegantes imagines ac picturas praegrandes et integrae paginae, quibus est refertus, quae ad XXXIX numerantur. Char. gothicus

ac tituli ostendunt in Gallia fuisse conscriptum.

Cod. 23

Offic. B. V., *S. Crucis*, *Spiritus s. et def.* cum *Psal. poen.*, memb. in 12. sub fin. sec. xv vel init. xvI.

Pulchritudinis vere eximiae ac perrarae ob varias imagines ac picturas summae elegantiae, quibus ipse superbit. Eminent inter has binae priores quae officium inchoant B. V., quarum altera annuntiationem, altera titulum exhibet, stemma, ornatus, init. litteras in fundo aureo vel viol. coloris. Quatuor aliae occurrunt sub in. reliq. officiorum et psal. poenit., quae sunt et ipsae magnificae in fundis variis coloratis, violaceo, rubro ac viridi. Character elegans, italicus, membr. nitidissima.

Cod. 24

Offic. B. V. et defunctorum, memb. 12. sec. xv.

Cod. 25

Offic. B. V. cum *Psalmis poen.*, *Offic. defunct.*, *et de Cruce*, memb. 12. an. 1442.

Cod. 26

Offic. B. V. cum *Offic. mort.*, *de Cruce*, *de Spir. s.* et *Missa*, memb. 16. an. 1481.

» Expletum est anno 1481 20 Januarii ».

Cod. 27

Offic. B. V. cum *Offic. defunct.*, *de Cruce et Psal. poen.*, memb. in 16. sec. xv.

Ex calendario constat scriptum Veronae. Deest I fol.

Cod. 28

Offic. B. V. cum *Psal. poen.*, *Offic. defunct. et s. Spiritus*, memb. 32. sec. xv.

Cum miniaturis tum in hoc, tum in praeced. omnibus officiis.

Cod. 29

1.° Augustini D. Aurelii *Liber spiritus et anima*.

2.° Augustini et Hieronymi *Dialogus de procreatione animae*.

3.° Aristotelis *Liber de anima* a Joh. Argyrophilo latine versus.

4.° Anonymi *Comp. Libri I ac II Post.* Aristotelis.

5.° Veterum poetarum *de uno Deo Testimonia graeco-lat.*, chart. 4.° an. 1465.

Joh. Argyrophilum Florentiam evocatum fuisse, dum Cosimus adhuc vivebat, multa sunt quae suadent, quibus versionem ethicae Aristot. illic excusam sine an. et ab Argyrophilo nostro eidem Cosimo dedicatam addit Tiraboschius. Aliud argumentum nostra haec libri de anima suppeditat, quam et illius principis nomini

consecravit, ejusque caussa testatur susceptam. Ad calc. » Completus est liber iste per me jacobum andream de tuxi die 3ª octobris 1465 ».

Cod. 30

Divi Augustini *Soliloquia* et *Liber scalae*, memb. nitid. in 12. sec. xv.

Binae litterae, quae libros exordiuntur, auro minioque elaboratae sistunt s. doctoris imaginem,

Cod. 31

D. Augustini *Soliloquiorum liber* qui et *Commonitorium* dicitur, membr. nitid. in 12. sec. xv.

Prima pag. miniata, primaque littera exhibet et ipsa imaginem s. doctoris.

Cod. 32

Galli magistri ac primicerii Pergamensis *Tractatus de vitiis ac virtutibus*, memb. in 4.° 2 col. an. 1300.

Annus hic bis legitur in fine, tum ante, tum post tabulam inveniendi paschatis.

Cod. 33

Beatorum Comitis Amelii et Amici *Vita et Mors*, memb. in 8.° sec. xv.

Incipit: » Temporibus papini regis franchorum quidam puer in berichano est ortus castro patre teotonico egregie nobilitatis et magne sanctitatis viro ». Ad calc. » Explicit nativitas vita et mors beatorum comitis amelii et amici militum christi. amen. Deo gratias. »

Cod. 34

Anonymi *De humanae vitae felicitate Liber*, membr. in 8.° an. 1468.

Ineditum opus auctoris incerti, nitidissime et eleganti oratione conscriptum, quod praeter ornatum exhibet septem priores lineas maj. litteris aureis et caeruleis alternatim expressas. Auctor illud dirigit ad regem, et dialogi forma utitur, in quo interlocutores introducuntur Guarinus, Ant. Panormita et Lamola. Ad calcem » Neap. 1468. vI id. Mar. ». Ex verbis quae habet sub dimid. » Et hunc Leonellum marchionem ejusdem regis (Alphonsi) generum », patet dialogum Ferrariae fuisse congestum sub Leonello Estensi illius urbis marchione, qui an. 1444 Mariam Alphonsi I regis Neap. filiam uxorem duxit et decessit an. 1450. Sub Leonello etiam Ferrariam inhabitavit Guarinus, ut in dialogo repraesentatur. Itaque intra illud sexennium compositus seu paullo ante dimidium seculi xv, ac rex, cui dicatur, est Alphonsus I. Stilus et operis ratio videntur esse Joh.

Pontani, qui si revera est auctor, dicendum est eum juvenem illum composuisse, et ante an. aetatis suae XXIV. Natus namque est an. 1426.

COD. 35

PAULI DIACONI Aquilej. *De rebus Longobardorum Historia*, memb. in fol. min. sec. XI vel init XII.

Ejusdem characteris, scribae, aetatis cum Eutropio quem infra proferimus. Praemittitur unicuique libro index capitum, initiales maximae rubroque colore distinctae, abbreviaturae crebrae, scholia identidem ad marg. apposita, identidem argumenta, usus denique criticus eximius. Haec pretiosi nostri codicis conditio. Antiquus ejus possessor notavit ad calc. I pag. nomen auctoris exhiberi lib. IV cap. XXXVII, ubi reapse legitur: *Arichis vero genuit patrem meum guarnefrid, guarnefrid autem ex theodelinda conjuge genuit me paulum meumque germanum arichis qui nostrum avum cognomine retulit.*

COD. 36

1.° PETRARCAE *Liber de obedientia et fide uxoria.*

2. Ejusd. *Carmina ad Boccaccium.*

3.° AURISPAE *Comparatio Alexandri, et Annibalis coram Minoe* e graeco traducta.

4.° ARETINI LEONARDI *Apologia Socratis.*

5.° PLATONIS *Liber Erito* latine versus ab eodem Aretino et cum ejus *Prologo*.

6.° Ejusd. ARETINI *Invectiva in ippocritas.*

7.° ANON. *Carmina varia, Epitaphium Senecae et Romuli*, Petrarcae *Responsio ad Urbanum VI, Epitaphia principis Braccii de motone.*

8.° MATTHAEI DE INFANE cancellarii Perusini *Sermo*, Januensium *Epistola ad princ. Mediolanensem* et alia.

9.° INCERTI *An sapienti ducenda sit uxor*, et alia, chart. in 4.° an. 1448.

In tit. primi libelli vel epist. dicitur haec directa ad Joborramum vel Goborramum Griseldis Janicule, ad calcem vero finis Griseldis. Sub fin. lib. Platonis » Opus istud fuit expletum per me Sar. de Roma apud romitorium novum mõts malbe tabõdo . . . sub año millō cccc XLVIII mens. septemb. die 3 ».

COD. 37

LUCII FLORI *Rom. historiae Epitome*, et *Epitome Titi Livii Patavini*, membr. in 4.° sec. XV.

Ad calc.: » Epytoma Titi livii Romanorum historiae explicit Feliciter. Julianus pratensis transcripsit. Deo gratias anno domini 1400 ». Sed postr. haec verba seriori

manu videntur addita. Charactere italico nitido et eleganti conscriptus, et accuratissime, tituli, argumenta, epigraphe rubro colore expressa, initiales vario, praeter binas priores, quae sunt aureae et miniatae, membr. perpulchra, margo amplissimus.

COD. 38

JUSTINI *Historiae ex Trogo Pompejo in epitomen redactae*, memb. in 4.° seculi XIV vel init. XV.

Prima litt. aurea et ornata, majores rel. initiales ac caeruleae, char. rotundus, ac deficit postr. fol. quod finem complectitur libri XLIV et ultimi. Pretiosus codex ob insignem quam exhibet, copiam variarum lectionum.

COD. 39

SVETONII *Vitae caesarum*, membr. in 4.° sec. XV.

Magnificus codex atque elegantiss., cujus prima pag. perpulchris picturis est insignita. Littera A quae librum exorditur, Caji Caesaris imaginem exhibet egregie depictam, infra vero idem Caesar conspicitur insidens equo ac Romam petens. Reliquis vitis praefiguntur et singul. imperatorum imagines, ex numis ac monumentis accurate expressae, sed moduli minoris.

COD. 40

EUTROPII *Historiae Rom.* *Libri* X. Acced. Pauli Diaconi *Continuationis libri VI*, membr. fol. min. sec. XI vel init. XII.

Codex inter pretiosiores hujus auctoris collocandus, sive aetatem spectes, sive insignem, quam suppeditat, variarum lectionum copiam. Sed desunt sub init. pauca quaedam, ac folia nonnulla post lib. II. Litterae initiales maximae ac rubrae, libri et res, et nomina ad marg., sed seriori manu, indicata, textus Eutropii non purus, sed ut esse solet, Pauli Diaconi additamentis interpolatus. Primum ac sincerum Eutropii textum et a Pauli interpolationib. emendatum plures edere conati sunt. Praeter Egnatium quem nominat Fabricius, id anno 1546 Basileae praestitit Sehonhovius codicem Gandensem secutus, hinc Vinetus e ms. Burdegalensi, aliique, quibus postremis hisce temporibus Mansius noster est accensendus, qui ms. codice usus inserta loca feliciter separavit. V. Zachariae *Iter litter.* p. 19. Ea autem additamenta jussu Adilpurgae regis Desiderii filiae et Arigisii Beneventi ducis uxore a Paulo facta fuisse jam dudum a pluribus auctoribus

animadversum est, et ex iis qui sunt ad manus, ab Henrico Verheych in *praef.* ad edit. suam Lugduni batav. an. 1762, et a Tiraboschio in *Hist. litter. ital.* T. II p. 251, qui tamen nescio, cur in hac re alter ad Maillardi, alter ad Leonis Ostiensis testimonium confugerint. Nam id codices ipsi testantur ad marg., ac praesertim noster hic sub in. lib. XI. » Ut fertur, hucusque historiam Eutropius composuit, cui tamen aliqua paulus diaconus addidit jubente dña Aldilperga christianissa beneventi ductrice conjuge domini archisapientissi principis. Dein q̄ secuntur idem paulus ex diversis auctoribus proprio stilo connexuit ». Nec duo, ut scribit Leo, sed sex sunt libri, quos Paulus Eutropianis adjunxit, ac totidem noster hic codex in eorum continuationem subnectit. Quod porro de var. lectionum copia diximus, id confirmatur ex collatione, quam cum Verheychiana illa editione olim instituimus. Praecipuas nos indicamus I libri. §. 2 p. 5 *Romam vocavit*. Ms. addit *a qua et Romanis nomen inditum est*, ut habent alii codices. Pag. 6 *propter senectutem*. Addit *patres ob similitudinem curae*, item *mille etiam pugnatores delegit quos a numero milites appellavit*. Pag. 7 *rapuit*. Addit *anno ab urbe Roma condita quarto*. Pag. 8 *Crustuminos*. Ms. *Crustolos*. Pag. 9 *Et cum orta* etc. Ms. *Romulus vero cum apud paludem caprae nusquam comparuisset*, ut alii. Ib. *trigesimo septimo*. Cod. supra *alii VIII*. Pag. 10 *et consecratus*, cod. *et Quirini nomine consecratus*. §. III p. 12 *quadragesimo tertio*, cod. *quadragesimo primo*, ut alii. §. V *ostium*, et *vigesimo quarto*, cod. *ostiam* et *vigesimo tertio*, et §. VI pro *trigesimo octavo*, *trigesimo septimo*. Ac lib. X, ubi Julianus dicitur *religionis christianae insectator*, codex addit sub init. *nimius*, quod alii quidem codices et editiones habent, supposititium vero Hearnius, Verheyk, aliique opinantur.

Cod. 41

Valerii Maximi *De dictis et factis memorabilibus ad Tiberium*, membran. in fol. seculi XIV.

Primae duae initiales I p. auro minioque depictae, reliquae vario colore. Margo plura exhibet scholia, textus plures interl. explanationes.

Cod. 42

Valerii Maximi *Facta ac dicta memorabilia*, membran. in 4.° sec. XV.

Pulcherrimus codex. Prima pag. eleganter auro variisque coloribus miniata. Ornatus qui eam circumdat, praeter varias aves et animalia exhibet in IV angulis stemma Franc. Sfortiae ducis Mediol., infra vero in medio stemma aliud deletum, quod ex vestigiis videtur esse Vicecomitum ab ipso Sfortia adoptatum. Praefixus libri titulus totus aureis litteris exaratus, ut sunt tituli omnes capitum, etiam longiores. Litterae omnes init. auro et ipsae puro expressae, sed quae libros inchoant, grandiores, prima vero omnium maxima, quae praeterea imaginem exhibet poetae laureati. Character italicus et elegans, et codex nitide et diligenter conscriptus.

COD. 43

SALLUSTII CAII CRISPI *Opera* seu *Bellum catilinarium ac jugurthinum*, membran. in 4.° anni 1401.

» Explicit liber sallustii anno domini millesimo quadringentesimo primo ».

COD. 44

SALLUSTII *Opera* seu *Bellum catilinar. ac jugurthin.*, chart. in 4.° sec. XV.

COD. 45

SALLUSTII *Bellum catilin.* et *in. jugurth.*, chart. 4. sec. XV.

Sub finem prioris belli: » Explicit liber salustii de Catellina feliciter deo gracias Amen Reinaldus comes ». Posterius a librario intermissum.

COD. 46

SALLUSTII *Bellum catil. ac jugurt.*, memb. 8.° sec. XV.

Binae litterae init. miniatae, reliquae diversi coloris.

COD. 47

ARETINI LEONARDI *Bellum mediolanense*, membr. in fol. min. sec. XV.

Nitid. et egregie scriptus cum I pag. eleganter ornata.

COD. 48

ARETINI LEON. *Bellum primum punicum*, *bellum cum rebellibus et gallicum*, memb. in 4.° sec. XV.

Initiales aureae et ornatae, tituli rubri, scriptura egregia, membrana nitida.

COD. 49

SERENATI LEONARDI *jurecons. Pisani De bello italico* memb. in fol. in. sec. XVI.

Ineditum opus, quod sex constat libris, et bella enarrat quae inter Carolum VIII gallorum regem et Alphonsum neap., et inter florentinos et pisanos exarserunt XV seculo exeunte. Initiales maximae, aureae, ornatuque stipatae varii coloris.

Cod. 50

Auli Gellii *Noctes atticae*, chart. in fol. sec. xv.

Praecedit tabula rerum et index capitum, primaque littera auro varioque colore elaborata.

Cod. 51

Senecae *Epistolae ad Lucil.*, membr. in fol. maj. a col. sec. xiI vel xiiI.

Singulis subjicitur in imo marg. flaviori char. earumdem summarium, in quo auctoris mens declaratur. Ad calc. dicuntur esse cxxv vel cxxvI, collataeque cum editis insignem var. lectionum segetem suppeditant, inter quas multae egregiae.

Cod. 52

Plinii junioris *Epistolae*, membr. nitidiss. in 4.° min. vel 8.° maj. sec. xv.

Collato ms. cum ed. perrara Mediol. 1478, quae et ipsa apud me est, reperio insignes esse inter utrumque textum discrepantias, inter quas ea sane non exigua, quod in titulo et fine habet ea editio *Novicomensis*, ms. utrobique *Veronensis*. Prima litt. init. aurea et ornata, reliquae caerul., tit. rubri.

Cod. 53

Variorum auctorum *Epistolae*. Praecedit *Libellus de epithetis*, et *Practica pro scribendis epistolis* mag. Joh. Laur. de Aquilegia, chart. in 4.° sec. xv.

Cod. 54

Phalaridis *Epistolae* a Franc. Aretino latine versae, membr. in 4.° sec. xv.

In fronte » Francisci Aretini in Phalaridis tyranni Agrigentini epistolas ad illustrem principem Mallatestam Novellum de Mallatestis Procemium ». Prior pag. aurea littera et ornatu circumdata varii coloris. Infra in vacuo sigillo legitur nomen Isaaci Argyropyli, quod ad calc. repetitur, utrobique litteris rubris. Absolutis epistolis Phalaridis aliae iv subjiciuntur, quae dicuntur esse ej. auctoris, nec in alio nostro codice extant, praeposito breviori prologo ej. Aretini ad regem Alphonsum. Eae directae sunt ad Ariphantem et Thrabulum, ad Paurolum, Peristhenem, et Evandrum. Codicem claudunt var. philos. sententiae.

Cod. 55

Phalaridis *Epistolae* a Franc Aretino latine versae, memb. nitid. in 8.° an. 1461.

Ad calcem: » Perfectum brugiis an. domini MCCCCLXI die xviiI januarii. Per me Franc. Justinianum quond. dñi Juliani. Laus Deo ».

Sequitur alia Morbaxiani epistola, et carm. ad B. V.

COD. 56

POGGII Florentini *Epistolae*, chart. in 4.° an. 1466.

Sub fin. » 1466 dñi 19 septembris ». Qui annus repetitur infra in ang. paginae.

COD. 57

FRANC. PRISCIANENSIS *De Romanis fastigiis* vel *pronunciatione Dialogus*, chart. in 4.° init. sec. XVI.

Sic fert libri titulus aureis litteris in fundo caeruleo praefixus. » F. Priscianensis de Romanis fastigiis linguae tuscae vel de pronunciatione dialogus. Interloc. Barth. Dinus et ipse author ». Prima pag. auro minioq. eleganter ornata, infra imago mulieris seu reip. rom. cum vexillo S. P. Q. R., e sepulchro egredientis, cui insculptum *Revivisco*.

COD. 58

MACRI *Liber de virtutibus herbarum*, membr. in fol. min. sec. XIII vel init. XIV.

COD. 59

1.° ARNALDI DE VILLANOVA *Lib. de regimine sanitatis*.

2.° ANONYMI *Tract.* alius brevior *de regimine sanitatis*.

3.° MAG. BARNABAE DE REGIO *De naturis et proprietatibus alimentorum*.

4.° Ejusd. *Libellus de conservanda sanitate*.

5.° Ejusd. *Consilium ad arenulas*.

6.° MAG. THOMAE *Consilium ad arenulas*.

7.° ANON. *Tract. de artetica sive podagrica passione et aliis morbis*.

8.° GALIENI *De faciliter acquisibilibus*.

9.° RASIS *Tract. de lapide*.

10.° ANONYMI *De passionibus puerorum*.

11.° PLATEARII *De conferentibus et nocentibus corpori humano libellus*.

12.° RABI MOYSIS *Capitulum IV* vel *Tract. IV de morsibus animalium*, membr. in fol. 2 col. sub fin. sec. XIV vel init. XV.

Primus libellus in rubro titulo, qui praecedit, dicitur directus regi Aragonum. Postremi quinque alio char. conscripti. Galieni opusculum incipit maj. ac rubris litteris *Galienus Claudian Soloni archimedico salutem*, haecque habet ad calcem: » Galieni ad Solonem archimedicum liber de facile acquisibilibus explicit, translatus e graeco in latinum a magistro Nicolao de Regio de Calabria an. Domini nostri Jesu Christi MCCCXXXVI mense septemb. ». Sub nomine R. Moysis intelligendus cel. Maimonides, qui de venenis egregie scripsit.

Cod. 60

Musae Brasavoli *Epitome var. libror.* Aristotelis, chart. 12. sub. fin. sec. xv.

Cod. 61

1.° Zethel *De signis Zodiaci*.

2.° Mag. Antonii de Rolandis *Canones planetarum.*

3.° Altabicii *Introductorium ad magisterium judiciorum* interpretatum a Joh. hispaniense.

4.° Anon. *Opusc. morale de vitiis ac virtutibus*.

5.° Anon. *Tabulae astron.*

6.° Michaelis Scoti *De scientia physionomiae*.

7.° Mes ahalae *De significationibus planetarum*.

8.° *Capitula stellarum oblata regi saracenorum Abahacha Almansori filio Abrach*, chart. et membr. in 4.° init. seculi xv.

Sub init. leguntur notae annorum 1435 et 1452, ad calc. 1427, 1469, 1473.

Cod. 62

M. Tullii Ciceronis *De oratore*, chart. in fol. sec. xv.

Cod. 63

1.° M. Tullii Ciceronis *Rhetorica ad Herennium*.

2.° Ej. *De officiis libri tres*, membr. in 4.° in. sec. xiv.

Adest sub in. in ornatu, qui primam libri litteram complectitur, viri imago, forte ipsius Ciceronis, manu librum gestantis, alia vero sed minor ac diversa sub exordium lib. de officiis. Ad marg. crebra scholia occurrunt, variaeque lectiones et emendationes, quae et saepissime inter ipsius textus lineas occupant locum.

Cod. 64

M. Tullii Ciceronis *Rhetoricorum libri ad Herennium*, membr. in 4.° maj. init. sec. xiv.

Praeeunt singul. librorum capitula et argumenta, quae maj. ac rubris litteris in opere ipso distinguuntur, crebraeque sive ad marg., sive intra lineas notae adjectae.

Cod. 65

M. Tullii Ciceronis *Institutionis Rhetoricae ad Herennium libri*, memb. in 4.° sec. xiv exeuntis.

Initiales librorum litterae aureae varioque colore ornatae, ut et gentilitium stemma quod sub exordium occurrit, modo deletum. Character rotundus seu italicus minut., sed nitid. et elegans.

Cod. 66

1.° M. Tullii Ciceronis *De senectute*, seu *Cato maj.*

2.° Ej. *Liber de amicitia*.

3.° Ejusd. *Liber de paradoxis*, memb. in 4.° sec. xiv.

Codex nitid. ac pulchro char. ital. exaratus, tituli et epigr. rubri, init. caeruleae.

Cod. 67

M. Tullii Ciceronis *Liber de amicitia, de senectute et paradoxa*, membr. in 4.° min. sec xv.

Primae litterae aureae et ornatae.

Cod. 68

M. Tullii Ciceronis *Lelius*, seu *De amicitia liber*, memb. nitid. 8.° sec. xv.

Cod. 69

M. Tullii Ciceronis *Academicarum Quaest. liber* seu *Lucullus*, membr. in 8.° sub init. sec. xv.

Prima littera aurea ornatuque stipata varii coloris.

Cod. 70

1.° M. Tullii Ciceronis *Liber de officiis*.

2.° Ejusd. *De amicitia*.

3.° Ej. *De somno Scipionis*.

4.° Ejusd. *Paradoxa*.

5.° Ejusd. *De senectute*.

6.° *De postulatione Archiepiscopi Magdeburgensis*.

7.° Sallustii *De Conjuratione Catilinae*.

8.° Pindarii *Poema Iram pande mihi*, seu *Epitome Homeri Iliados de bello Trojano*.

9.° Horatii *Poetica*.

10.° *Bulla Concilii Basileensis contra Eugenium*.

11.° Magistri Vesparini *Rhetorica*.

12.° Magistri Albini *Rhetorica*.

13.° Methodii Martyris *De initio ac fine mundi*.

14.° Virgilii *Moretum*, chart. in fol. sec. xv.

Cum anon. scholiis marg. Primus liber de offic. exhibet ad calc. an. 1468, secundus de amicitia an. 1469, quintus de senectute annum 1470 in vigilia òmnium sanctorum die lune, Pindari Epitome an. 1467, Vesparini Rhetorica annum 1469. Forma characteris et contenta ostendunt in Germania conscriptum. In Pindari Epitome desunt bini illi postremi versus ab aliis additi, *Pyndarus hunc librum* etc., quos in Parm. editione an. 1492, quam Romae apud cl. Gaet. Marini viderat, legi testatur noster Affò in *Specim. Parm. typ. sec. XV* p. xcvI, et ex eo Panzerus in novis *Annal. typ.* T. II p. 357. Nec Pindari nomen legitur sive ad calc., sive in titulo. At vero qui scholia adjecit, notat in argumento, » Homerum graecorum poetarum peritissimum praesentem historiam in graeco compilasse, quam Pindarus insignis orator transtulit in latinum ». Ineditas existimo Vesparini et Albini Rhetoricas, contra editum Methodii martyris libellum

de initio ac fine mundi, eundemque cum ejus opusculo divinarum revelationum et de vita antichristi, quod Augustae Vindel. prodiit an. 1496 et in aliis urbibus.

COD. 71

VIRGILII PUBL. MAR. *Aeneidos libri*, membr. in 4.° sec. XI vel init. XII.

Insignis antiquitatis et auctoritatis codex, nec si conferatur, poenitendi usus. Ex var. lectionibus, quas cursim observavimus, binas tantum hic sistimus spec. gratia. Lib. II v. 30 legit *hic acies certare solebant* pro *acie*, quod habet textus Cominianus, et X 6 ubi hic habet *quia nam sententia vobis*, ms. *quaenam sententia vobis*. Quae tituli loco praefiguntur, *Incipit primus liber*, minori char. constant ac viridi. Bini priores versus maj litteris exarati, ac triplici colore rubro, caeruleo, viridi, initialis operis pergrandis et ornata, maj. reliquae ac var. coloris. Ante ac post custodis loco compacta quaedam eccl. opuscula incerti auctoris et ipsa antiqua.

COD. 72

VIRGILII *Aeneidos libri*, chart. in 4.° an. 146 .

Ad calc. litt. rubris » Iste liber est mei dñi Josephi de Meldula, et expletus fuit M. 4.° sexagesimo primo die 19 novembris hora 19 die dominice ».

COD. 73

VIRGILII *Bucolica et Georgica*, chart. 4.° an. 1466.

In egl. I Bucol. *pro usque adeo turbatur agris*, legit *usque adeo turbamur*, et pro *Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem*, *Hic tamen hac poteris mecum requiescere nocte*, aliasque non paucas servat var. lectiones. Ad calc. » Ego Evangelista de planeriis transcripsi primo mens. octob. MCCCCLXVI ». Sequuntur epitaphia varia latinis versibus fratris Petri cardinalis sancti Sixti. Adsunt et ad marginem plura scholia.

COD. 74

VIRGILII *Lexicon* selectas ejus phrases ac vocabula sistens, chart. laevig. in 4.° seculi XV.

COD. 75

PUBLII OVIDII NASONIS *Metamorphoseon libri*, chart. in fol. sec. XV.

Ornatus qui primam pag. circumdat, seriori aetate conglutinatus, titulum sistit aureis litteris exaratum, et pontificium stemma mediceum, quod prodit ad Leonem X olim librum pertinuisse.

Cod. 76

Ovidii *Metamorphoseon libri*, membr. in 8.° oblungo sec. xI.

Pretiosus ac vetustus codex minutioribus conscriptus litteris, ac crebris scatens abbreviaturis. Prima pagina novo obducto atramento rescripta, initiales rubrae, pergrandes ac longius deductae, habet rariora scholia, alicubi etiam interlineares expositiones verborum.

Cod. 77

Ovidii *Epistolae*, memb. in 4.° an. 1364.

Ovidii textus plurimis iisque variae aetatis, sed antiquis scholiis et notis infercitus. Ad calcem: » Explicit liber ovidii epistolarum deo gracias amen m ccc 64 ».

Cod. 78

Ovidii Nasonis *Liber amorum*, *De arte amandi*, et *de Remedio amoris*, chart. in 4.° sec. xv.

Tituli, initiales, scholia, Ovidii epitaphium, quod iI operi subjicitur, rubro colore distincta.

Cod. 79

Juvenalis *Satirae*, chart. in fol. min. sec. xiv.

Nonnulla sub in. deficiunt in I sat., ac binae postremae.

Cod. 80

1.° Juvenalis Decii Junii Aquin. *Libri Satirarum*.

2.° Auli Persii Flacci *Satirarum liber*, chart. in 4.° anni 1455.

Ad calc. prioris auctoris: » Decii Junii Juvenalis liber quintus et ultimus satirarum feliciter explicit per me Nicolaum mandoli picolominum cui Deus Dominus noster Jesus Christus eterna celorum sede frui concedat. Amen ». Sub finem vero Persii, cujus I fol. desideratur: » Auli Persii Flacci satirarum liber feliciter explicit. Quem ego Nicolaus Mandoli picolominus cum libro etiam juvenalis incepi die quarto februarii mccc lv et explevi die vigesimo decembris ejusdem anni ».

Cod. 81

Statii *Thebaidis et Achilleidis libri*, membr. in fol. minori an. 1368.

Primae litterae maj. et aureae, variique coloris ornatu condecoratae. Ad calcem Thebaidis haec leguntur. » Completum est totum per christum da mihi potum. Explicit liber xiI et ultimus thebaidos papinii sursuli statii an. m. iiI. lxviiI. penultima maji per me Johannem de donellis de Parma cujus et hic liber est ». Ad

calc. Achilleidis: » Papinii sursuli Statii Achilleidos liber quintus et ultimus explicit.

Undecies centum viginti
junge sed octo
Statius eacide versus dedit
ore diserto ».

Marg. nota fert postremum versum perhiberi non esse auctoris, sed ab aliis additum.

COD. 82

CLAUDIANI *Poemata*, membr. in 8.° sec. XII.

Antiquus egregiusque codex, sed ad calc. rec. aevo suppletus. Initiales majores vel maximae, rudes, antiquae, varii coloris.

COD. 83

LUCANI M. ANNAEI *Pharsalia* seu *de Bello civili libri*, memb. 8.° maj. sec. XIII.

Praemittuntur IV consueti versus seu tetrastichon *Corduba me genuit*, omissis binis duobus *Fulminis in morem*, quos in antiquis codicibus legi testatur Fabricius. Omittuntur etiam in Taurin. et teste cl. Andres in Capilupiano. Complectitur codex quinque priores libros.

COD. 84

LUCANUS cum *Expositione ital.*, chart. in fol. sec. XV.

COD. 85

VALERII FLACCI *Argonautica*, chart. 12. sec. XV.

COD. 86

SENECAE L. ANNAEI *Tragoediae*, chart. in fol. sub fin. sec. XIV, vel init. XV.

Postrema alio char. minus eleganti, sed antiquo XV sec., suppleta. Ad calc. » Baptista Guarinus vir probus et eruditissimus hoc opus in scholis publicis ferrariensibus legere finivit sexto idus Augustas MCCCCLXXVII ».

CODICES ITALICI.

COD. 1

JEREMIAS, EZECHIEL ac PROPHETAE MINORES ex heb. textu ab anonymo judaeo italice translati char. hebr., chart. in 4.° maj. sec. XV.

Incipit Jerem. VI 28, ostenditque epigraphe eundem interpretem utrosque prophetas, priores ac posteriores, transtulisse.

COD. 2

PROVERBIA, JOB, THRENI, CANTICUM CANTIC., ECCLE. cum *Psal.* ac *Sect. nonnullis Pent.* a judaeo translata char. rabb., chart. 4.° sec. XVI.

Psal. qui vertuntur, sunt XLV, LVIII, LXXXIV, ac totidem sect. האזינו, הברכה וזאת et ויחי.

COD. 3

PSALMI ac SACRA CANTICA cum lat. textu Vulgatae, chart. 4.° 2 voll. an. 1711.

» Il senso proprio e litterale de' Salmi di Davide esposto in una concatenata interpretazione col soggetto di ciascun Salmo giusta il comun sentimento de' santi Padri Roma MDCCXI ». Sic I vol. titulus, unde auctoris mens et versionis ratio dignoscitur.

Cod. 4

Actus apost., Epistolae D. Pauli et Apocalypsis, chart. in 4.° an. 1638.

Fert titulus a Francisco quodam, cujus cognomen abrasum est, translatos eo anno.

Cod. 5

Maimonidis *Morè nevochìm* ab Amadio fil. Mosis de Rekanati italice versus char. rabbin., chart. in 4.° maj. anni 1581.

Versio inedita et ignota, exemplar autographum, ut liturae ipsae perpetuae demonstrant. In titulo vocatur אירודיציאוני די קונפוסי *Erudizione de' confusi*, diciturque translatus die VIII chislev an 5341. In heb. vero epigr. quae legitur ad calc. dicitur » Absoluta versio libri hujus egregii hodie feria IV die VII scebat an. 341 quae est XI junii 341 ».

Cod. 6

Ordo jud. precum ital. char. rabb., memb. 8. an. 1499.

Sub init. » Siddur tefilà juxta ordin. et ritum הלועזים et scriptus an. 5259 creat. ».

Cod. 7

Ordo jud. precum ital. litteris rabb., membr. in 12. anni 1484.

Nitidus et cum I pag. miniata. Ad calc. » Absolutumque est opus hujus ordinis omnium precum anni lingua vulgari, quod scripsi ego Samaria fil. Abr. Jechiel f. m. die XV mensis sivan an. 244 sexti millenarii. Illud autem descripsi ad nutum dilectae et intelligentis Gentilis Tamar filiae dom. Isaaci fil. Immanuelis Miniati ».

Cod. 8

Divi Ambrosii *Liber de Virginitate*, chart. 4.° sec. XV.

» Traducto di latino in vulgare per comune utilità et consolatione delle vere verginelle spose di Jesu, nel numero delle quali se' tu o dilectissima F. B. ».

Cod. 9

1.° Eusebii *Epistola de morte divi Hieronymi*.

2.° Cyrilli beati *Epistola de miraculis D. Hieronymi*, membr. in 4.° minori vel 8.° majori sec. XIV.

Priori epistolae hic praefigitur titulus rubro atramento: » Comincia la pistola del beato Eusebio la quale

mando al beato Damasio vescovo di Portuense et a Teodorico senatore di Roma della morte di sancto Girolamo confessore e doctore ». Ornatus aureus variique coloris I pag. distinguit. Ad calc. alterius ep.: » Compiuta è la epistola del beato Cyrillo la quale mando a messer sancto Agustino vescovo de' miracoli di messer sancto Girolamo doctore e confessor excellentissimo ».

COD. 10

ANONYMI *Opus antijudaicum* ineditum, chart. in 4.° maj. sec. XVII.

Constat pag. 159 ac IX capitibus, quae agunt potiss. de nomine Dei ineffabili, ac nostrae religionis mysteriis.

COD. 11

R. SAMUELIS *Epistola ad R. Isaac*, chart. 4.° sec. XV.

Samuel ille Marochanus arabice primum illam scripsit, unde latina prodiit translatio et ex latina italica. Italice primum prodiit Bononiae an. 1475, hancque editionem plures aliae secutae, anteriores Veneta 1535, quam male Wolfius primam autumat.

COD 12

R. JEH. BRIEL *Risposte alla sinagoga disingannata del Pinamonti*, chart. 4.° sec. XVIII.

Eum auctorem designat sigla ממודר״יב, quae titulo subjicitur. Erat is Mant. syn. praefectus, ubi anno 1722 decessit. V. *Dict. nostrum jud. auctorum* T. I p. 75 et *Bibl. jud. antichr.* p. 22, ubi monuimus inediti hujus ac bibliographis omnibus ignotissimi operis jam dudum nos notitiam dedisse. Ad cal. » Questo dì 12 giugno 1702 et alla creazione del mondo 5462 mese sivan ».

COD. 13

R. JEHUDAE sive LEONIS BRIEL *Breve Ragionamento sopra i miracoli*, chart. ined. in 8.° sec. XVIII.

COD. 14

R. ABRAM GHER DA CORDOVA *Fortezza dell' Ebraismo e confusione dell' estraneo*, chart. in 4.° init. sec. XVII.

Est ital. versio hisp. operis hujus auctoris ab anon. judaeo peracta. De ea V. *Biblioth. antichr.* p. 128.

COD. 15

BOCCACCIO *Fiammetta*, membr. in 4.° sec. XV.

Prima littera ipsius Fiammettae sistit imaginem eleganter depictam, primaeque paginae stemma subjectum, quod hinc inde majusc. litteras IO. MA. exhibet aureas, aureaque corona stipatas. Collatus codex cum

rariss. Juntarum edit. 1533, quae est ad manus, non paucas nec exiguas praesefert lectiones, quae ab ea discrepant. Ad calc.: *Ego Johanes matheus Cavalinus scripsi*.

Cod. 16

Boccaccio *Ninfale o Ameto*, memb. in 4.° sec. xv.

Prima pag. initialem exhibet litteram ac stemma auro minioque depicta et ornata, huncque titulum: *Qui comincia la comedia delle nymphe fiorentine*.

Cod. 17

Dantis Allegherii *Comedia* italice, membr. in fol. 2 col. sec. xiv.

Tres comediae partes vel poemata miniaturis elegantibus condecorantur, figuris earum argumenta spectantibus varioque ornatu stipatis, nitide et accurate textus exhibetur in duas col. divisus, nullaeque vel rarissimae conspiciuntur posterioris manus emendationes. In plurimis locis eum olim contuli cum Cominiana editione an. 1727 quae apud me extat, atque observavi insignem eum exhibere var. lectionum copiam. Selectas nonnullas nos delibamus maj. ponderis. Cant. III Inferni v. 36 *infamia*. Codex *fama*, ut habebat textus antea impressus habetque alter noster codex. V. 114 *Rende*. Ms. *vede*, ut antea impressus. V. 116 *Gittansi*. Ms. *Gittasi*. Cant. IV V. 9 *tuono*. Ms. *trono*. V. 36 *ch' è porta*. Ms. *ch' è parte*. Unius tantum codicis auctoritati innititur prior illa lectio ab academicis intrusa. V. 68 *dal sommo*. Cod. *dal sonno*. Cant. V 72 *vinse*. Cod. *giunse*. Cant. VI 70 *Alto*. Cod. *Alte*. Cant. XI 37 *Onde omicide*. Cod. *Odii, omicidii* ex prima manu, ut alii plures, aliasque non paucas servat discrepantias ab academicis eaque editione omissas.

Cod. 18

Dante *Comedia*, chart. in fol. sec. xiv.

Ad calc. legitur nota an. 1399, ac capit. xx p. III album folium relictum est ej. chartae generis, quod amanuensis forte debebat rescribere. Criticus cod. usus eximius. Cant. I 9 Inferni, ubi Cominianus text. habet *dell' altre*, noster *dell'alte*, ut legunt in ea editione sex alii codices mss. V. 15 *di paura*, noster *di dolor*, sed alia lectio ad marg. apposita. Ubi locis supra allatis habet illa editio *infamia, tuono, porta, sommo, alto, onde omicide*, codex hic legit, ut praecedens, *fama, trono, parte, sonno, alte, odii, omicidii*. Contra in nonnullis locis

confirmat lectionem ab academicis restitutam. Sic Cant. II 53 habet *beata* et v. 72 *vinse*, non *cortese* e *giunse*, ut antea legebatur, ac in priori illa lect. consentit etiam cod. noster membranaceus.

Cod. 19

Petrarca *Sonetti, Canzoni e Trionfi*, membr. in fol. an. 1444.

Ad calc. » Compido el libro de' Sonetti e Cançonne fate per lo laureato Poeta messer Francesco petrarcha fiorentino adi ultimo Marçço del M. CCCC. XXXXIIII ». Praemittuntur Triumphi, sed sub init. ac fin. mutili. Codex nitidus et elegans, cujus initiales auro variisque coloribus distinctae, ac pretiosus ob usum, qui ejus factus est in II ed. Comini. Habet tria cel. adv. Romam epigrammata, in quorum primo non legit *fanciulli e vecchi*, ut legunt alii codices et editiones non paucae, sed *fanciulle et vecchi*, ut rectius habent mss. plerique et editi. Ex editionibus quae apud nos sunt, post hanc lectionem sequuntur Flor. 1504, ac Ven. 1523, 1532, 1535, 1539, 1553, 1562, eaque alteri praeferenda, quia ita legit in lat. suis Epistolis ipse Petrarcha *interque decrepitos et puellas*. V. Fausti Longiani *Comm.* ad h. l. De nostro hoc cod. V. utrumque Crevennae *Catal.* in 4.° T. IV p. 46, et in 8.° T. III p. 25. Est enim idem codex qui ex ejus bibl. in meam pervenit, monens uterque eundem esse, ex quo Vulpii varias eas lectiones collegerunt, quae extant ad calc. II edit. Cominianae.

Cod. 20

Petrarca *Rime e Trionfi* chart. in 4.° sec. XV.

Triumphi ad calc. subjiciuntur minori et elegantiori charactere, et ut videtur, ex alia manu, extatque in utroque textu non exigua lectionis varietas, sed non adeo accurate scriptus is est, ac praecedens. Ante triumphum famae reperitur in hoc codice ut in praecedenti, capitulum quod incipit: » Nel cor pien d'amarissima dolcezza », quod deest in plerisque editis, variasque alias habet lectiones a me olim diligenter collectas.

Cod. 21

Petrarca *Trionfi con* XXX *Sonetti*, membr. in 4.° sub fin. sec. XIV vel init. XV.

Cum elegantissimis miniaturis quae cujusvis triumphi argumentum illustrant. Praecedunt selecta epigr., seu Sonetti XXX. Dein sequuntur, praeposito aureo titulo Triumphi, in quibus saepe

capitulorum ordo mutatus, ante cap. II triumphi mortis insertum fragm. » Quanti già nell'età matura ed acra », ac sequitur capitulum illud, » Nel cor pien d'amarissima dolcezza » quod aliae editiones legunt ante triumphum famae, aliae ad finem rejiciunt. In omnibus ingens lectionis varietas, etiam aliquando in integris versibus, ut eruitur ex collatione in sel. locis a me olim instituta.

Cod. 22

1.° Petrarca *Trionfi*.

2.° Francesco de Arsochis *Egloghe*, membr. in 4.° min. seu 8.° maj. sec. xv.

Primam pag. elegans ornatus auro minioque exaratus circumdat, primaque littera amoris exhibet imaginem. Ad eorum calc. rubris litt.: *Ego Aloysius pulcher scripsi*, hique versus:

» Frigida francisci lapis hic
tegit ossa petrarce
Suscipe virgo parens animam
sate virgini parce
Fessaque jam terris caeli requiescat in arce ».

Dein veniunt IV Eglog. Franc. de Arsochis de Senis, quas una cum aliis Bern. Pulci, Jac. Buoninsegni ac Hieron. Benivieni anno 1484 Florentiae excusas fuisse notat Tiraboschius T. VI suae *Historiae* P. II p. 174. Sed in anno cubat error, hancque edit. an. 1481 illic apparuisse per Ant. Barthol. Miscomini ex nuperis cl. Panzeri *Annalibus typ.* T. I p. 409 citatisque ab eo auctoribus dignoscimus. At vero ut extat Flor. alia editio ab eodem typ. et cum iisdem Eglogis curata an. 1494, forte posteriorem hanc Tiraboschius, confuso anno, voluit innuere. Petrarcae textus, instituta collatione, non paucas nec poenitendas exhibet lectiones ab editis diversas.

Cod. 23

Petrarca *Trionfi*, membran. in 8.° sec. xv.

Litterae omnes quae triumphos vel eorum capitula exordiuntur, aureae, ornatuque varii coloris et antiquo stemmate codicis initium nobilitatum. Ante triumphum mortis fragmentum illud conspicitur *Quanti già nell'età matura*, quod in nonnullis codicibus et editionibus legi superius animadvertimus, haecque ad calc. leguntur: » Francisci Petrarce poete clarissimi Triumphus sextus et ultimus explicit. Amor mundum, pudicitia amorem, mors pudicitiam, fama mortem, tempus famam, aeternitas omnia vincit ».

Cod. 24

Petrarca *Trionfi*, membran. in 12. sec. xv.

Non initiales modo litterae triumphorum miniatae, sed et integer primus versus aureis litteris exaratus. Capitulum » Nel cor pien d'amarissima dolcezza », in hoc cod. extat ut cap. III triumphi mortis, illustriumque virorum nomina rubris litteris, ut in aliis plerisque fit, ad marg. indigitantur.

COD. 25

PETRARCA *Trionfi*, membran. in 12. sec. XV.

Libri exordium ac litterae init. miniatae, prima vero ipsius Petrarcae prodit imaginem ineleganter expressam. Tituli omnes ac primi versus maj. ac rubris litteris describuntur, ac capitulum » Nel cor pien d'amarissima dolcezza » famae triumpho, et quidem ut prima ejus pars anteponitur. Occurrit et ante mortis triumphum fragmentum » Quanti già nell' età matura », praeposito titulo P. II triumphi pudicitiae.

COD. 26

BENIVIENI GIROLAMO *Canzoni e Sonetti*, chart. in fol. min. sec. XV.

Singulorum carminum argumenta rubro colore distincta. Ea sunt varii generis et ad varios directa, ac pleraque in perrara edit. Veneta 1522, quae sola ad manus est, omissa.

COD. 27

TEBALDEO ANTONIO *Poesie, o Sonetti, Capitoli, Egloghe*, chart. in fol. sec. XV.

In fronte: » Antonii Thebaldei opus ad spectatam et integerrimam matronam d. Augustinam Senensem ». Non pauca ferunt in titulo nomina eorum, quorum laudibus sunt dicata, vel argumentum et occasionem, » Ad Uranium advogarum, essendo a Musignano, ad Senam patriam flavie, ad Julianum Mustum, ad Quercentem, de Giberto Corregiensi, ad hieronymum, per il dì de' morti, ad Antonium pictorem bon., ad d. franciscum petrarcam, essendosi acceso il foco in casa di flavia, de morte d. Roberti de s. severino, ad Marcum Antonium, ad Marinum patricium Venetum, puella ad amantem, ad Timotheum, ad Julium sassonem, ad Lodovicum sforciam ducem barri, ad Timotheum bendedeum, ad Constantinum, ad Quercentem defunctum, ad Augustinam Senensem, Margarita mater ad Augustam filiam, ad fracassium, ad b. virg. Mariam ».

COD. 18

ANONYMI *La Griselda Poema ital. in ottava rima* ined., chart. in 4.° min. vel 8.° maj. an. 1476.

Ad calcem: » Presens liber fuit inceptus per me Johanem Gasparis de fano de forensibus die vigesima tertia junii, completus vero die decimaquinta julii 1476 ».

COD. 29

RUSTICI GIRARDI PLACENTINI *Versi* seu *Carmina*, memb. in 12. an. 1463.

Comitis Petri Mariae Rubei laudi consecrata, cujus stemma conspicitur aureo condecoratum ornatu, estque exemplar ipsum ab auctore illi oblatum, quod ex Creven. bibl. accepimus. Ad calc.

» Altiloquos cecinit versus
qui carmina phebi
Et qui sacrarum coluit nunc
docmata legum
Nomine Girardus. Civilem
Rustica proles
Edidit et quem jam genuit
Placentia grata.
Anno d. M. CCCC.° LXIII.° die
penultimo decembris ».

COD. 30

SANAZARO JACOPO *Libro Pastorale denominato Archadio coll'Orpheida Commedia*, chart. in fol. min. in. sec. XVI.

Non fusa illa, longiusque protracta argumenta exhibet, quae leguntur in edit. Veneta an. 1502, omnium prima ac raritatis vere eximiae quae apud me extat. Sunt ea brevissima ac diversa. Quae ei subjicitur Orpheida, mutila.

COD. 31

SOMI (DE') LEONE ebreo *Dialoghi in materia di rappresentazioni sceniche*, chart. in 4.° sec. XVIII.

Copiati dall'originale, ut titulus fert, inediti, ignoti. Auctor tamen non dubito quin idem sit cum Jehuda Somo qui a Portaleone citatur in praef. ad Sciltè agghibborìm, et cum eo qui cod. nostrum heb. 1227, seu Aben Ezrae librum Tzacuth descripsit. In fronte praef. occurrit annus 1556, unde patet hoc anno eos fuisse compositos ac Leonem nostrum floruisse sub dimidium sec. XVI. Quatuor porro ii sunt, quorum argumenta sic auctor ipse exponit pag. 3. » Nel primo si tratta principalmente de l'origine delle comedie e di alcune leggi et osservationi loro, e se gli conviene la prosa o il verso, et molti avvertimenti sopra le tragedie et altri poemi scenici. Nel secondo si rende ragione perchè sia la comedia in cinque atti divisa. Et che partimento et proportione debba havere ogni scenico poema. Nel terzo si ragiona de i precetti del recitare et de i modi del vestire, et di tutto quello che generalmente appartiene a gl'histrioni con molti necessari avvertimenti et ricordi. Nel

quarto si tratta delle conditioni de gl'aparati et scene di tutte le sorti, et de gl'ordini et diversità de gl' intermedii ». Interlocutores sunt Maximianus, Santinus, Veridicus. Pag. 17 constituit Mosem comoediarum seu tragoediarum dedisse exemplar elegantissima ac philos. tragoedia Jobi, in qua quinque introducuntur interlocutores, narratque pag. 18 se vetustissimum opusc. ex chald. transtulisse, inscriptum *Corso della vita*. Tandem ait p. 67 se in cujusdam Flaminiae Romanae laudem, quae summo cum plausu in theatro recitabat, bina italica epigrammata, vulgo *Sonetti* concinnasse, quorum initium dat. Mentionem hujus ejusdem codicis, quem humanitati debeo cl. Vernazzae, fecit comes Orsinius de Orbassano in *Lez. sulla tragedia* p. 29.

CODICES HISPANICI.

Cod. I

R. Abram Aghèr seu Proseliti Cordubensis, *Fortaleza del Judaismo y confusion del Estraño, Munimen judaismi ac confusio extranei* chart. 4.° min. init. sec. xvII.

In *Bibliotheca* nostra *jud. antich.*, ubi de hoc opere egimus, jam observavimus illud non modo ineditum esse, sed et bibliographis omnibus ignotum. Etenim Bariosius et ex eo Wolfius, qui Abr. quemdam Peregrinum commemorant, quem eumdem puto cum nostro auctore (proselitum enim et peregrinum significat cognomen illud Aghèr), nullam polemici hujus scripti mentionem injiciunt, quod in binas partes dividitur. Prima quae constat capitibus xxiII, agit de scientiarum utilitate et usu, de Dei existentia ejusque unitate ac simplicitate, multisque a cap. xiII ad postremum contra personarum distinctionem, pluralitatem, trinitatem, Messiae ac Christi nostri divinitatem, et imaginum cultum disputat. Posterior, quae capitibus xxx, de divina lege ejusque perfectione, sanctitate, veritate, immutabilitate, de promissi Messiae certitudine, ejus genere, patria, ortu, titulis, adventu adhuc futuro, de legis praeceptis ac mysteriis, confutatis christianis qui contendunt mosaicam legem esse abrogatam et Messiam jamdudum advenisse. Praecedunt Bin. Cordoveri hisp. carmina in laudem auctoris.

Cod. 2

R. Abr. da Cordova *Fortaleza del Judaismo y confusion del Estraño*, chart. ined. in 4.° maj. sec. xvII.

Eadem continet quae praecedens exemplar, sed omissis carminibus ac ea partium divisione, ac numeratis universim capitibus LIII.

COD. 3

1.° ATIAS R. ISHACK *Fortificascion de la Ffee, Munimen fidei, compuesto por H. R. Ishek hijo de Abraham y traduzido de hebrayco en romanse.*

2.° ANON. *Perguntas* seu *Preguntas contra os adversarios, Quaestiones contra adversarios,* seu *N. T.* chart. in 4.° an. 1621.

Est hisp. versio cel. libri Chizzùch emunà R. Isaaci fil. Abr., de quo libro, variisque ejus editionibus ac versionibus plura diximus in *Bibl. jud. antich.* pag. 42 ac seq. et in *Dict. hist. jud. auctorum* T. I p. 172. Interpres Isaccus Athias fungebatur Venetiis sub in. elapsi seculi rabbini munere, ubi et praeceptorum Thesaurum hisp. edidit an. 1627, Amstel. deinde recusum. Inedita ejus versio hisp. Chizzùk emunà servatur etiam in Anglia, et recensetur in *Catal. mss. Angliae et Hiberniae* T. II n.° 3608. V. Wolf. *Biblioth. hebr.* T. III p. 610. Discrepat quoque in plur. locis ab utraque editione, Wagenseiliana et Amstel. Nec mirum, quum ex mss. cod., qui tantum tum extabant ac saepe dissident, librum verterit Athias. Ex aetate codicis ac titulo videtur esse ipsius interpretis autographum. Etenim dicitur in fronte *traduzido por Ishack Atias,* nulla honoris significatione addita, subjiciturque an. 5381 qui in ejus aetatem incidit. Append. loco adduntur lusit. sermone *Quaestiones contra adversarios,* seu christianos, quae sunt ducentae, omnes contra N. T., nec notae, nisi easdem esse conjicias cum iis, quas ut hisp. et a Masio lectas commemorat apud Wolfium T. II p. 1051 ms. nota Rudolphi Capelli.

COD. 4

R. DAVID NIETO *Respuesta al Sermon del Arcobispo de Cangranor,* chart. in 4.° sec. XVIII.

Descripsi mea manu meamque praefixi praefationem.

COD. 5

ANONYMI *Opus de variis scientiis ac disciplinis,* bomb. char. rabb. in 4.° an. 1308.

Agit de grammatica, logica, rhetorica, arithmetica, geometria, musica, philosophia, metaphysica, phil. naturali, seu physica, ac demum de phil. morali estque ineditum et ignotum. Ad calc. fol. 137 verso legitur an. 68, deinde vero sequitur fol. 139 ארטי אלא מימוריא *Arte*

á la memoria et index vocum rabb. philos. cum expos. hisp. In metaphysica non de Dei modo existentia disserit, ejusque unitate, potentia, omniscientia, sed et de ejus providentia, de creatione mundi, de angelis, de prophetis. Character or. valde implexus lectuque difficilis.

Cod. 6

Aben Chaiim r. Abr. fil. Jeh. *Libellus de modo confic. colorum ad miniandos libros.* Vide cod. heb. 945.

Cod. 7

Anon. *Liber remediorum* et r. Meir Alguadesc *Seguloth, Virtutes* vel *Remedia.*

Extant in cod. heb. 1168.

COD. JUDAEO-GERM.

Cod. 1

Pentateuchus cum *Aphtaròth*, seu *Lect. proph.*, *Lib. Esth.* ac *Cantico cant.*, bomb. char. rabb. in 4.° sec. xv.

Cum Cremonensi potius editione vel Basileensi congrüit, quam cum Constantiensi. In multis tamen locis ab utraque hac versione, et a litterali, quam sectantur, sacri textus expositione nostra discedit, ut patet vel ex ipso Gen. exordio, seu v. 2, ubi illae legunt *Wind Gott*, vel *Wind Gottes*, *Spiritus Dei*, nostra נבואה גאט *prophetia Dei*.

Cod. 2

R. Biniam. de Ardono ס' מצות נשים *Liber praeceptorum muliebrium*, chart. rabbin. in 4.° an. 1575.

COD. RUSSICUS.

Liber precum *cum Calendario*, memb. 12. sec. xvI.

Folia singulari modo compacta, forma vero et uncinus ostendunt ad cincturam fuisse appensum.

CODICES POLONICI.

Cod. 1

Psalterium ex heb. textu polon. versum litt. rabb. chart. in 4.° an. 1510.

Dicitur ad calc.: » Completus feria I die 21 marchesvan an. 271 min. supp. hic Brixiae, dicit Moses filius Mardochaei Farlag fel. mem. ». Sequitur aliud opus polon. sine tit. et auctore, quod dicitur absolutum Mantuae die xiiI sivan ej. anni.

Cod. 2

Estheris Liber, Canticum cantic., Ruth, Threni, Eccle. ex heb. textu polon. translati litteris rabb., chart. in 4.° sec. xv.

Ad calc. » Ego librarius Abr. f. Eliae, quem Deus tueatur ».



INDEX
AUCTORUM, ET OPERUM
QUAE
MSS. CODICIBUS HEBRAICIS
CONTINENTUR.

A

B

K

N

R

S

T

INDEX
AUCTORUM, ET OPERUM
MSS. CODICUM
AL. LINGUARUM.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

R

S

T

V

Z

EXPLICIT VOL. III DIE 1 AVG. AN. MDCCCIV.

IO. BERN. DE-ROSSI

OPERA VARIA

HUCUSQUE EDITA.

Asteriscus indicat ea quae suipsius sumptibus prodierunt.

I Canticum seu Poema heb. cum lat. vers. V Componimenti poetici per monsig. Rorà vescovo d'Ivrea in 4.° Taurini 1764.

II * In laudem ipsius ad Taur. sedem promoti Carmina orientalia in 4.° ibid. 1768. In aliorum laudem Epigrammata heb. varia et Inscriptiones.

III * De praecipuis Caussis neglectae heb. litterarum disciplinae disquisitio elenchtica 4.° ibid 1769.

IV In nuptiis aug. princ. Ferdinandi I et Mariae Amaliae Poemata anatolico-polyglotta cum lat. interpr. 4.° Parmae ex reg. typ. 1769.

V * Della Lingua propria di Cristo e degli ebrei nazionali della Palestina, seu De proprio Christi et palaestinorum judaeorum idiomate Dissertationes tres ital. 4.° ibid. 1772.

VI * Della vana Aspettazione degli ebrei, seu De vana judaeorum expectatione eorum regis Messiae ital. in 4.° ibid. 1773.

VII In solemni baptismate Ludovici Parm. principis Inscriptiones exoticae cum lat. vers. ac cl. Bodonii praef. 4.° ibid. 1774.

VIII Epistola super Inscriptione phoenicia ital. in Ephemerid. rom. an. 1774 p 348.

IX In saracenicum Theodosii diaconi distichon Epistola ad calcem postr. vol. Hist. bysant Romae editae et seorsim ibid. in 4.° Epistolae aliae var. a variis editae.

X * Esame delle Riflessioni teologico-critiche seu Examen animadversionum theologico-crit. adversus lib. De vana judaeorum expectatione ital. 4.° Parmae ex reg. typ. 1775.

XI Epithalamia exoticis linguis in nuptiis aug. princ Pedemontii Caroli Emmanuelis et Mariae Adelaidis Clothildis cum Diss. praeliminari novis elegantiss. typis a cel. Bodonio edita in fol. max. ibid. 1775.

XII * De hebr. Typographiae Origine ac Primitiis, seu antiquis ac rariss. heb. librorum editionibus sec. XV in 4.° ibid. 1776.

— Idem Liber cum praef. cl. Hufnagelii in 8.° Erlangae 1778.

XIII * Specimen ineditae et hexaplaris Bibliorum Versionis syro-estranghelae cum simplici, atque utriusque fontibus, graeco et hebr. collatae cum duplici lat. vers. ac notis, ac diatriba de rarissimo cod. Ambrosiano in 4.° maj. Parmae reg. typ. 1778.

— Idem in 8.° Lips. 1778 in Eichornii Repertorio bibl. et or. T. III p. 197 et seq., et in cl. Tychsenii Elementali syriaco 8.° Rostochii 1793 p. 34 et seq.

XIV * De Typographia hebraeo-ferrariensi Commentarius historicus, quo ferrarienses judaeorum editiones heb., hisp., lusitanicae, recensentur et illustrantur in 8.° Parmae ex reg. typ. 1780.

— Idem Liber cum auctoris epistola, qua nonnulla ferrariensis typogr. capita illustrantur, et Hufnagelii praef. 8.° Erlangae 1781.

XV Annali ebreo-tipografici di Sabioneta seu Annales hebraeo-typogr. Sabionetae ital. sub fin. Vitae Vespas. Gonzagae cl. Affò et seorsim in 4.° Parmae 1780.

— Iidem latine versi a Roos novaque auctoris appendice aucti 8.° Erlangae 1783.

XVI Specimen var. lectionum sacri textus et chaldaica Estheris Additamenta cum lat. vers. ac notis ex ms. cod. Pii VI et var. Dissert. Accedit appendix de celeberr. codice tritaplo samaritano biblioth. Barberinae et cl. Fabricy Diatriba 8.° Romae ex typ. prop. fidei 1782.

— Idem Liber cum nova auctoris praef. et var. lect. Additam. ex antiquo ms. suo codice 8.° Tubingae 1782.

XVII De ignotis nonnullis antiquissimis heb. textus Editionibus ac critico earum usu. Accedit de editionibus hebraeo-biblicis Appendix historico-critica ad nuperr. Bibliothecam le Longio-Maschianam 4.° Erlangae 1782.

XVIII * Apparatus hebraeo-biblicus, seu mss. editique codices sacri textus, quos possidet novaeque var. lectionum collationi destinat auctor 8.° Parmae ex typogr. regia 1782.

XIX * Variae Lectiones V. T. ex immensa mss. editorumque codicum congerie haustae et ad samar. textum, ad vetustissimas versiones, ad accuratiores sacrae criticae fontes ac leges examinatae cum Prolegomenis, Clavi codicum Dissert. praelim. et Appendice 4.° maj. IV voll. ibid. 1784-88.

XX * Annales hebraeo-typograph. sec. XV. Descripsit fusoque commentario illustravit auctor in 4.° maj. ibid. 1795.

XXI * Scholia critica in V. T. libros seu Supplementa ad Varias sacri textus Lectiones in 4.° majori ex eadem typographia an. 1798.

XXII * Annales hebraeo-typographici ab anno MDI ad MDXL digesti notisque historico-criticis ab auctore instructi in 4.° maj. ibid. 1799.

XXIII * Bibliotheca judaica antichristiana qua editi et inediti judaeorum adversus christianam religionem libri recensentur, in 8.° ibid. 1800.

XXIV * Dizionario storico degli autori ebrei e delle loro opere, seu Bibliotheca judaicorum scriptorum eorumque operum italice in 8.° 2 voll. ibid. 1802.

XXV * Mss. Codices hebraici bibliothecae Joh. Bern. De Rossi accurrate descripti et illustrati. Accedit Appendix, qua continentur mss. cod. reliqui al. linguarum in 8.° 3 voll. ibid. 1803-1804. Summa codicum 1571, hebraici 1377, aliarum linguarum 194, membranacei plerique et antiqui, inediti plurimi, ignoti, rarissimi, singulares non pauci, unici, autographi, hebraicorum ac biblicorum copia eximia et unica.

XXVI * Lexicon hebraicum selectum, quo ex antiquo et inedito Parchonis Lexico novae ac diversae sistuntur rariorum ac difficiliorum vocum significationes 8.° ib. *sub praelo*.

XXVII * I Salmi di Davidde tradotti dal testo originale, seu Davidis Psalm. ex heb. textu italice versi in 8.° 2 voll. *sub praelo*.

